126 Siquis theoloyci velit esse laris
Incola, non opibus opus est avaris,
Opus est scientia; qua nisi dotaris,
Nomen theologici ne profitearis!

127 Opus est ex ordine meos informari:
Decet hos poetice cunis educari,
Regulis gramatice, loyces armari
Litibus, retorice floribus ornari.

128 Ut in causis etiam fiant certiores,
Saltem mathematicas videant sorores!
Tales, tales eligo michi professores,
Meas pulsant alii set incassum fores«.

127,1 ex *om.* A 127,4 retoribus A

128,4 Auffällige Postposition des *set.* 110,4 wirkt nach.

»Florilegium Treverense«*

von Franz Brunhölzl

Die Ausgabe will nicht den wahrscheinlich bereits fehlerhaften Text der ersten Niederschrift herstellen, vielmehr soll versucht werden, die Blütenlese in der Gestalt zu bieten, wie sie vom Bearbeiter beabsichtigt war. Die Grenzen der nötigen und erlaubten Eingriffe in den Text bestimmt die sonstige Überlieferung der einzelnen Gedichte. Der erste Apparat bietet in jedem Fall die Lesart der Trierer Handschrift (ohne Zusatz einer Sigle).
Im zweiten Apparat, den Anmerkungen zu den einzelnen Exzerpten, werden die Handschriften-Siglen der jeweils benützten Ausgabe gebraucht; Angabe einer vom Text des Florilegs abweichenden Lesart ohne Sigle bedeutet den vom Herausgeber rezipierten Text

* Die Studie über das Florileg (vgl. diese Zeitschrift 1964 65–77) wird hier durch die Ausgabe abgeschlossen. An der Fassung dieses Teiles sind gegenüber der maschinenschriftl. Diss. von 1951 nur geringfügige Änderungen vorgenommen, seither erschienene Editionen wurden berücksichtigt.

Verzeichnis der Abkürzungen

Alda = Wilhelm von Blois, »Alda« hg. von M. Wintzweiler in: Comédie I, 130 ff.
B und Ba = Basel Univ.-Bibl. A. XI. 67, zwei Spruchsammlungen, zitiert nach dem Druck von We
D = Darmstadt 2225 (15. Jh.) nach We
Dist. Cat. = M. Boas, Disticha Catonis 1953
Fec. rat. = Egbert von Lüttich, Fecunda ratis, hg. von E. Voigt, 1889
Freidankpred. = J. Klapper, Die Sprüche der Freidankpredigten, Breslau 1923
G = »Florilegium Gottingense«, hg. von E. Voigt in: Roman. Forsch. 3, 1887, 281–314
Jocalis = »Jocalis« hg. von P. Lehmann in Sb bayr Akad 1938, 4,59 ff.
K = »Kaisheimer Florilegium« im clm 7977 (13. Jh.)
MSD = K. Müllenhoff – W. Scherer, Denkmäler deutscher Poesie und Prosa, 3. Ausg. von E. Steinmeyer, Berlin 1892, 59 ff. (Sprichwörter)
Låle = Peder Låles Ordspråk, hg. von A. Kock und C. af Petersens, Kopenhagen 1894
Pamphilus = »Pamphilus« hg. von E. Evesque in: Comédie II, 192 ff.
Prov. c. = »Proverbia communia«, hg. von Hoffmann von Fallersleben in: Horae Belgicae 9, 1854
Prov. Frid. = Freidanks Bescheidenheit lat. und dt. hg. von R. Joachim in: N.-Lausitz. Magazin 50, 1873, 214 ff.
Prov. Rust. = »Proverbia Rustici«, hg. von E. Voigt in: Roman. Forsch. 3, 1887, 633 ff.
SG = St. Gallen Cod. 841 (15. Jh.), nach We
SP = »Sententiae proverbiales de moribus«, Basel 1586
T = »Florilegium Treverense«
Troilus = Albert von Stade, Troilus, hg. von Th. Merzdorf, 1875
We = J. Werner, Lat. Sprichwörter und Sinnsprüche des MAs., Heidelberg 1912 (Sammlung mlat. Texte 3)
Werner Beitr. = J. Werner, Beiträge zur Kunde der lat. Lit. des MAs., Aarau ^{2}1905
Ysengr. = »Ysengrimus«, hg. von E. Voigt, Halle 1884
Jeremias de Montagnone wird nach dem Druck Venetiis 1504 zitiert.
Verweise mit I, ... gelten dem ersten Teil im Mlat. Jb. I.

oder »die übrigen Hss.« bzw. »die Mehrzahl der Hss.«; in Fällen, wo keine kritische Ausgabe vorliegt, oft auch nur das, was im benützten Text steht, bzw. bei Ineditis die Lesart der Hs., nach der zitiert wird. In der Regel freilich ist bei Gedichten, die nicht in kritischer Ausgabe vorliegen, auf einen Apparat völlig verzichtet worden, sofern nicht der Trierer Text eine bessere Lesart zu bieten schien. Parallele Exzerpte in anderen Florilegien sind im Hauptteil der Blütenlese nur angeführt, wenn sie aus irgendeinem Grunde bemerkenswert erschienen.

In den Anmerkungen zu den *»Versus, quorum compositores ignorantur«* ist nicht eine möglichst große Zahl von Belegen zu den einzelnen Sprüchen angestrebt, sondern darauf Bedacht genommen, den Bereich, in den die Sammlungen gehören, anzudeuten.

(f. 65ʳ) Metra iuvant animos, comprendunt plurima paucis,
Pristina commemorant et sunt ea grata legenti.

Nota: metrum valet ad tria, scilicet ad delectacionem, ad memoriam firmiorem et ad brevitatem.

Delectat, breviat, retinetur firmius: istas
Ob causas metrum gracius esse solet.

Incipiunt flores auctorum et primo
versus electi de Maximiano

Dulce mori miseris, sed mors optata recedit,
Et cum tristis erit, precipitata venit.
Morte mori melius quam vitam ducere mortis
Et leto stabiles claudere fine dies.
Omnia nemo potest, non omnes omnia possunt.
Quod natura negat, reddere nemo potest.
Omnibus est eadem leti via, non tamen unus
Est vite cunctis exiciique modus.
Hac pueri pariterque senes iuvenesque trahuntur,
Hac par divitibus pauper egenus erit.
Pauperiem modico semper contentus amavi
Et rerum dominus nil cupiendo fui.

9 omnis

1–2 Schola Salern. 2098 f. hg. von S. de Renzi Collectio Salernitana I (1858) 515); mit anderen Versen in dem Vokabular der Stadtbibl. Frankfurt a. M. Ms. Barthol. 136, f. 236ʳ (vgl. H. Walther in: HistVjschr 26, 307)

Maximiani elegiae hg. von Ae. Baehrens, Poetae Latini minores V (1883).
5=I,115
6=I,116 – et TG, ac M, ast Exc.Vor., at *cett.*, Baehr.
7=I,265
8=I,290
9=II,41 – potest TB, potest pati A, pat M, pati FGLPV; *Baehrens hat willkürlich konjiziert* – non – possunt] Non omnia possumus omnes Exc.Leid. *nach* Verg.Ecl. VIII,63
10=V,54
11–12=VI,5–6
13=VI,7 – puerique senes BGL, pueri senes P; pueri hac senex pariter iuvenes F; puer atque senes pariter iuvenesque Jerem. de Montagnone – trahuntur] feruntur *alle*
14=VI,8
15–16=I,53–54

Maior enim mediis gracia rebus inest.
Diversos diversa iuvant, non omnibus horis
Omnia conveniunt, res prius apta nocet.
Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt
Et redit ad nichilum, quod fuit ante nichil.

Avianus

Pauperior caveat sese sociare potenti,
Namque fides illi cum parili melior.
Nolo velis rerum quidquid laudare tuarum,
Ni sint alterius ore probata prius.
Si quadam virtute nites, non despice quemquam:
Ex alia quadam forsitan ille nitet.
(f. 65ᵛ) Miramurque magis, quos munera mentis adornant,
Quam qui corporeis emicuere bonis.
Cum cupis illatum tibimet persolvere dampnum,
Absque tuis dampnis ista caveto fore.
More volant iaculi clamdestina verba nocentis,
Nec prescire palam lederis unde potes.
Cum fueris pulcher, deformem spernere noli;
Turpia nam vigent, sepe decora cadunt.
Incerta pro spe ne munera certa requiras;
Si rursus queras, forte nec invenies.
Qui de proventis aliorum gaudet iniquis,
Lecior infelix in sua dampna cadit.
Nemo nimis cupide sibi res desiderat ullas,
Ne, cum plus cupiat, perdat et hoc quod habet.

Esopus

Nil prodest prodesse malo: mens prava malorum
Immemor accepti non timet esse boni.
Non satis est tutum mellitis credere verbis:

20 Orta
23 melior est
37 cursus
39 cadunt

17=I,82
18=I,103 – horis T, Exc.Leid., clm 237, annis *cett.*
19=I,104
20-21=I,221-222

Aviani fabulae rec. A. Guaglianone Turin 1958
22–23=XI,15–16
24–25=XIV,15–16
26–27=XV,15–16
28–29=XL,11–12 – Miremurque – enituere
30–31=XIII,13–14 – Absque tuo damno hocce
32–33=XVII,19–20
34–35=XIX,15–16
36–37=XX,17–18 – requiras] relinque – Si] Ne
38–39=XXII,19–20 – Qui de] Quae dum
40–41=XXV,17–18 – desideret

»Esopus«=Gualteri Anglici Romuleae fabulae, hg. von L. Hervieux, II,385.
42–43=VIII,7–8
44–45=IX,11-12

Ex hoc melle solet pestis amara sequi.
Reddere gaudet homo nequam pro melle venenum.
Pauperies si leta venit, tutissima res est;
Tristior immensas pauperat usus opes.
Non sit qui studeat, quia maior, obesse minori,
Cum bene maiori possit obesse minor.
Cui nocui, nocet ille michi, multisque peperci,
Qui michi non parcunt, pro pietate nocent.
Quod natura negat, nemo feliciter audet;
Displicet imprudens, unde placere putat.
Tu qui summa potes non despice parva potentem;
Nam prodesse potest, si quis obesse nequit.
Qui maculat vitam, sacras cur incolit aras?
Quem sua facta premunt, cur aliena lavat?
Nam provisa solent ledere tela minus.
Utile consilium qui vitat inutile sumens,
Qui nimis est tutus, recia iure subit.
Omne boni precium nimium vilescit in usu
Fitque mali gustu dulcius omne bonum.
Si quis habet, quod habere decet, sit letus habendo;
Alterius non sit, qui suus esse potest.
Si quid agas, prudenter agas et respice finem;
Ferre minora volo, ne graviora feram.
Si tibi quid detur, cur detur respice; si des,
Cui des, ipse nota teque, gulose, doma!
Tempore non omni, non omnibus omnia crede:
Qui misere credit, creditur esse miser.
Sepe minus faciunt homines, qui multa loquuntur,
Sepe gerit nimios causa pusilla metus.
Omnes vincit opes securam ducere vitam;
Pauperius nichil est quam miser usus opum.
Nil melius sano monito, nil peius iniquo;
Consilium sequitur certa ruina malum.
Nullus amor durat, nisi fructus duret amoris;
Quilibet est tanti, munera quanta dedit.
Se misere servire sciat, qui servit iniquo;
Parcere subiectis nescit iniquus homo.

45 solent
58 lavant
61 minus
64 sit] si

46=X,11
47–48=XII,31-32
49–50=XIII,9-10
51–52=XVI,9-10
53–54=XVII,15-16
55-56=XVIII,23-24
57–58=XIX,9-10
59=XX,10
60–61=XX,13–14
62–65=XXI,33–36
66–67=XXII,5–6
68–69=XXIII,13–14
70–71=XXIV,9–10
72–73=XXV,7–8
74–77=XXVI,13–16
78–79=XXVII,11–12
80–81=XXVII,17–18

Qui plus posse putat, sua quam natura ministrat,
Posse suum superans sic minus ipse potest.
Sordibus imbuti nequeunt dimittere sordes;
Fallere qui didicit, fallere semper amat.
Pennatis non crede bonis! Te nulla potestas
In miseros armet, nam potes esse miser.
Dicior est liber mendicus divite servo:
Servus habet nec se, sed sua liber habet.
Non bene pro toto libertas venditur auro.
Nemo sibi satis est, eget omnis amicus amico.
Si non vis alii parcere, parce tibi!
Spernere quod prosit et amare quod obsit ineptum est;
Quod fugimus prodest et quod amamus obest.
(f. 66^{v}) Ius superat vires; sors aspera monstrat amicum.
Pacis amatorem simulat se perfidus hostis,
Caucius ut vulnus exiciale ferat.
Non debet stolido ledi prudencia risu,
Non doctum stolidus debet adire iocis.
Dulcia pro dulci, pro turpi turpia reddi
Verba solent; odium lingua fidemque parit.
Fortes fortis amat, nam fortem fortior angit.

Pamphilus

En solet ars dominum sepe iuvare suum.
Spes reficit dominum, fallit et ipsa suum.
Ars animos frangit et firmas diruit urbes,
Arte cadunt turres, arte levatur onus,
Et piscis liquidis deprenditur arte sub undis.
Gaudia semper amat et ludicra verba iuventus,
Et iuvenum mentes hec in amore movent.
Excitat et nutrit facundia dulcis amorem
Et mulcens animos mitigat illa feros.
Crede, quod interdum multis mendacia prosunt

84 nequit
101 verbia
107 dependitur
109 hic

82–83=XXXV,11-12
84–85=XXXVIII,11-12
86–87=XLIII,25–26
88–89=LIV,17–18
90=LIV,25
91–92=LV,15–16
93–94=XLVII,9–10
95=LX,89
96–97=Append. II,11–12
98–99=XI,7–8
100–101=XXXVII,31–32
102=LI,11

»Pamphilus« *ed.* E. Evesque in: (Cohen) Comédie II, 192 ff.
103=12 – en T; nam PqLCohen, Jerem. de Mont. – en solet ars] res solita est ϱ
104=16
105=83 – animos TPL Cohen; hostes P *(var. lect.)*
106–107=84–85
108–109=101–102
110=107–excitat T ϱ L Cohen, Jerem. de Mont., incitat P
111=108
112–113=123–124

Et quandoque nocet omnia vera loqui.
Incolumis leviter egro solacia prebet
Nec minus infirmus sentit adesse malum.
Sepius impediunt iustos peccata malorum;
Sic nocet alterius, non mea culpa michi.
Usus et ars docuit quod sapit omnis homo.
Et loca sola nocent, infamia nascitur inde.
Non nisi colloquio cognoscimus intima cordis,
Et fallunt dominam basia sepe suam.
Perpetuo lignis crescit crescentibus ignis;
Detrahe ligna foco, protinus ignis abest.
Providet et tribuit Deus et labor omnia nobis;
Proficit absque Deo nullus in orbe labor.
E minimo crescit, sed non cito fama quiescit.
Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum.
Cum specie species convenit atque placet.
(f. 67r) Principium finemque simul prudentia spectat;
Stulticie sapiens iure resistit homo.
Arbore de dulci dulcia poma cadunt.
Premonstrat signis prolem natura frequenter;
Sepe solet similis filius esse patri.
Estque serena dies post longos gracior ymbres
Et post triste malum gracior ipsa salus.
Cursus fatorum nescit mens ulla virorum;
Solius est proprium scire futura Dei.
Est mens nostra suis contraria sepe loquelis
Nec factis sequimur omnia que loquimur.
Heu michi, quam parvas habet omnis femina vires!
Ut graviter doleat, non pertinet ad sapientem,
Cum dolor ad dominum premia nulla refert.

114 egro] ergo
115 esse
118 que quod
126 fuma
133 pater

114=143
115=144 – adesse L Cohen, abesse P
116=193
117=194–culpa TL Cohen, plaga P
118=208
119=225 – et T, nam *codd.*, Cohen
120=211
121=238
122–123=261–262
124–125=271–272
126=293
127=385
128=396
129=335 – spectat T L, spectet ϱ P Cohen
130=346
131=350
132=351 – premonstrat T ϱ L Cohen, demonstrat P – frequenter T P L Cohen, sequentem ϱ
133=352
134=481 – imbres T p L Cohen, quies P, *vgl. den folgenden Vers*
135=482 – ipsa salus] alta quies Jerem. de Mont.
136–137=499–500
138=525 – nostra ... sepe T ϱ L Cohen, sepe ... nostra p
139=526 – nec T P L Cohen, non ϱ
140=685
141=769 – ut T P L Cohen, quod ϱ – doleat ... sapientem T ϱ L Cohen, doleant ... sapientes P
142=770 – dominum T P L Cohen, dampnum ϱ – refert T L; ferat ϱ P Cohen

Non mentem servare potes, licet omnia claudas;
Omnibus exclusis intus adulter erit.
Nitimur in vetitum cupimus semperque negatum;
Sic interdictis imminet eger aquis.
Sepe dat infirmis succus amarus opem.

Ovidius epistolarum

Quod caret alterna requie, durabile non est;
Hec reparat vires fessaque membra levat.
Leniter, ex merito quidquid paciare, ferendum est;
Que venit indigne pena dolenda fuit.

Ovidius de remedio amoris

Opprime, dum nova sint, subiti mala semina morbi;
Nam mora dat vires, teneras mora percoquit uvas.
Principiis obsta: sero medicina paratur,
Cum mala per longas convaluere moras.
Sed propera nec te venturas differ in horas:
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Flumina magna vides parvis de fontibus orta,
Et mala radices alcius arbor agit.
Temporibus medicina valet; data tempore prosunt,
(f. 67v) Et data non apto tempore vina nocent.
Parva necat morsu spaciosum vipera thaurum,
A cane non magno sepe tenetur aper.
Que nimis apparent retia, vidit avis.
Tristis eris, si solus eris; loca sola caveto.
Dum spectant oculi lesos, leduntur.et ipsi
Multaque corporibus transicione nocent.

149 hic
154 f. Sero medicina paratur cum mala per longas covaluere moras / Principiis obsta sero medicina paratur

»Ovidius sine tytulo« = Ovidii amores
143=III,4,7 – non mentem T, nec mentem Jerem. de Mont., nec corpus
144=III,4,8
145=III,4,17
146=III,4,18
147=III,11,8 – dat infirmis T, tulit lassis

»Ovidius epistolarum« = Ovidii Heroides
148–149=IV,89–90
150=V,7
151=V,8 – fuit T, G 89, venit

Ovidius de remedio amoris
152=81
153=83
154–157=91–94
158=97 – magna T, pauca – parvis de T; de magis
159=106
160=131 – temporibus medicina valet T, Jerem. de Mont. temporibus ars medicina ferest
161=132
162–162=421–422
164=516
165=583 *und* 579
166–167=615–616

Deliciis alitur luxuriosus amor.
Vina parant animos veneri, nisi plurima sumas:
Aut nulla ebrietas, aut tanta sit, ut sibi curas
Eripiat; si qua est inter utrumque, nocet.
Ut corpus redimas, ferrum pacieris et ignem.

Ovidius de arte amandi

Fertilior seges est alienis semper in agris
Vicinumque pecus grandius uber habet.
Littore quot conche, tot sunt in amore labores.
Exigua est virtus prestare silentia rebus;
Econtra gravis est culpa tacenda loqui.
Pretereunt anni more fluentis aque,
Nec que preteriit hora redire potest.
Conteritur ferrum, silices tenuantur ab usu.
Scit bene venator, cervis ubi recia tendat,
Scit bene, qua frendens valle moretur aper.
Quid magis est durum saxo, quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aqua.
Cum dare non poteram munera, verba dabam.

Ovidius de Ponto

Non est in medico semper, relevetur ut eger;
Interdum docta plus valet arte manus.
Sepe creat molles aspera spina rosas.
Omnia sunt hominum tenui pendentia filo,
Et subito casu que valuere ruunt.

184 conantur

168=746 – deliciis T, diviciis
169=805 – animos T, animum
170–171=809–810
172=229

Ovidius de arte amandi
173–174=I,349–350
175=II,519 – labores T, dolores
176–177=II,603–604
178=III,62 – pretereunt T; ludite eunt; *vorausgeht:* dum licet, et veris etiam nunc degitis annos, Ludite; ... – *bewußte Umgestaltung für die Auswahl, sonst häufiger* Tempora pretereunt *m. fl. a., z. B.* »Troilus« I,514; G 43; »Distinct. monast.« *bei Pitra, Spicil. Solesm.* III,454; We t 17 (Ba 12); clm 16232 f. 84^v
179=III,64
180=III,91
181–182=I,45–46
183–184=I,475–476
185=II,166 – poteram T, possem *(Umgestaltung wegen des Reimes, anders z. B. beim* Salutaris: poteris – dabis)

»Ovidius de Ponto«
186–187=I,3,17–18 – manus T; Carm. Bur. 176,I *(»die Lesart von B bloße Verderbnis oder bewußte Änderung?« Schumann); sonst* malum
188=II,2,34 – *nur in einigen Hss., es ist offenbar die mittelalterl. Lesart, die auch* Vincenz von Beauvais, »Spec. hist.« VI,121 *überliefert*
189=IV,3,35 – Vinc. v. Beauvais, »Spec. 3. Spalte Anmerkungen – Brunhölzl hist.« VI,122; Jerem. de Mont. V,3,3
190=IV,3,36 – Jerem. de Mont. *l. c.*

Qui semel est lesus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis era subesse putat.
Interdum lacrime pondera vocis habent.
Si desunt vires, tamen est laudanda voluntas;
Hac ego contentos auguror esse deos.
(f. 68^r) Gutta cavat lapidem, consumitur annulus usu.
Tu caveas, ut non caveas intres mulierum;
Hinc abeas, ut non habeas dispendia rerum.

De Ovidio Tristium

Cum fueris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris.
Crede michi: bene qui latuit, bene vicit;
Pugna suum finem, cum iacet hostis, habet.
Turpius eicitur quam non admittitur hospes.

De Ovidio magno

Pronaque cum spectant animalia cetera terram,
Os homini sublime dedit celumque videre
Iussit et erectos ad sydera tollere vultus.
Vivitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero, fratrum quoque gracia rara est.
Cuncta prius temptanda, sed immedicabile vulnus
Ense rescindendum est, ne pars sincera trahatur.
Spes tamen in dubio est; sed quid temptare nocebit?
Labor est inhibere volucres. Medio tutissimus ibis.
Inter utrumque vola, medio tutissimus ibis.

192 cibus
193 voces
195 eo – angrauor

191–192=II,7,9–10 – Vinc. v. Beauv., »Spec. hist.« VI,122; Jerem. de Mont. V 1,10
193=III,1,158 – Jerem. de Mont. V 3,7
194–195=III,4,79–80 – si desunt T, Vincenz v. Beauv. *l. c.*, ut desint
196=IV,10,5

»De Ovidio Tristium«
199–200=I,9,5-6 – cum fueris felix T, G 20 u. 162, Freidankpred. 89; donec eris felix Jerem. de Mont.; *sonst* donec eris sospes
201=III,4,25 – vicit T *(absichtliche Änderung wegen des folgenden Verses?);* vixit
202=III,5,34 – Jerem. de Mont. V, 1,8
203=V,6,13 – Jocalis 473, Jerem. de Mont. III,2,7

»De Ovidio magno« = Ovidii Metamorphoses

204=I,84
205=I,85 – videre T b M N Ehwald; tueri H
206=I,86
207–208=I,144-145
209–210=I,190-191 – vulnus T, *in marg.* M^2, N^2 *in ras.;* corpus A b M^1 Ehwald
211=I,396–397
212,1=II,128 – volucres T, volantes M N^2 *(liegt T zugrunde)*, volentes A N^1 H Ehwald
212,2=II,137 – medio-ibis: Jerem. de Mont. IV,1,2
213,1=II,140? – inter utrumque vola T; *ebenso* VIII,206, II,140 *ist* inter utrumque tene *einheitlich überliefert*
213,2=II,137 – *siehe* T 211! T 213 *steht als* Catho de eisdem (*scil.* de modis) *im* Kaisheimer Florileg: clm. 7977 f. 162^r

Ut si non cecidit, potuit cecidisse videri.
214a Nulla potentia longa est.
215 Ultima exspectanda dies homini est dicique beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.
Fugam custodia claudit.
Grande doloris.
218 Quantum quisque dolet, caucior esse solet.
Debile principium melior fortuna sequetur.
220 Ex facili crescit, sed non cito fama quiescit.
Quod liceat nescimus adhuc et cuncta licere
221a Credimus; hec nocuere michi.
222 Ne spem sibi ponat in atro.
Tu pete quod fas est.
223 Cedimus infra quidquid mortale creamur.
Omnia debentur morti.
224 Paulum morati serius aut cicius sedem properamus ad unam.
225 Cedunt Iovis omnia regno.
225a Nil prosunt artes, erat immedicabile vulnus.
Labitur occulte fallitque volatilis etas
226a Et nichil est annis velocius.
In audaces non est audacia tuta;
227a Audentes deus ipse iuvat.
Tucius est igitur fictis contendere verbis
228a Quam pugnare manu.
(f. 68ᵛ) O genus attonitum gelide formidine mortis!
230 Morte carent anime, omnia mutantur. Vel sic:
Morte carent anime semperque priore relicta
Sede novis domibus vivunt habitantque recepte.
Nichil est toto quod constat in orbe.
Quatuor ex puris consistunt hec elementis:
235 Gamaleon, talpa, maris allec et salamandra;
Talpe terra cibus, gamaleon aere vivit,

214 vidi
222b peto
223 quid quod
224 morari

214=II,322 – ut si T, etsi
214a=II,416 – *ebenso* Jerem. de Montagnone V 3,3
215=III,135–136
216=III,137
217=VI,572.574
218 – *mittelalterlich (woher?)*
219=VII,518 – debile T, »Speculum stultor.« *bei* W r i g h t 35 v. 13, flebile
220=126 – »Pamphilus« 293
221=IX,554 f.
221a=IX,613
222=IX,683 und IX,748 – tu T, et
223=X,18 – in quem reccidimus, quidquid mortale creamur (creatur N)
224=X,32 – omnia debentur morti] omnia debemur (-ntur F) vobis paulumque morati ...
225=X,148
225a=X,189
226–226a=X,519–520
227=X,544
227a=X,586
228=XIII,9–10
229=XV,153
230=XV,158 *und* 165
231–232=XV,158–159
233=XV,177 – constet T
234–237 *vgl.* L ü b b e n , Versus memoriales *(Progr. Oldenburg 1866) nr.* 669

Allec unda maris, flamme pascunt salamandram.
Siste modum rebus, neque enim fortuna querenda
Sola tua est; similes aliorum respice casus.
240 Consultor procerum servos contempne bilingues
Et nequam, nec quos humi natura iacere
Precipit exalta; nam qui pluvialibus undis
Intumuit torrens, fluit acrior amne perenni:
Sic partis opibus et honoris culmine servus
245 In dominum surgens truculentior aspide surda
Obdurat precibus aures, mansuescere nescit.
Non tamen id prohibet racionis calculus, ut non
Exaltare velis, si quos insignit honestas.

Ovidius de consiliis

Cum bonus est princeps, divini muneris est hic;
250 Cum malus, id populi promeruere mala.
Que tibi tu non vis fieri, ne feceris ulli;
Que fieri tibi vis, hec quoque fac aliis.
Simplicis est hominis similem sibi quemque putare
Et leviter falli, fallere nolle quidem.
255 Est animi vicium falli, sed fallere crimen;
Crimine, non vicio quisque carere potest.
Ne timeas umquam! meliores aspice semper,
In quibus attendis, quid tibi desit adhuc.
Nullum te Dominus plus quam te cogit amare,
260 Nec te, qui de te turpia poscit, amat.
Alter ego nisi sis, non es michi verus amicus;
Ni michi sis ut ego, non eris alter ego.
Cum modicum membrum sit lingua, est maximus ignis;
Non tot per gladium, quot periere per hanc.
(f. 69ʳ) 265 Cum te corripiat senior, pacienter habeto,
Et grates tamquam post data magna refer.
Non credendus eris, si te laudaveris ipse;
Si tua confessus sis mala, credo tibi.

238 enim] ōī – querenda est
240 bilinguos
245 surges
255 *in marg.*
263 membris – est *om.*

238–239=XV,493–494
240–248 Walther von Châtillon, Alexandreis I,85–93 –. 242-246 Jerem. de Montagnone IV,3,2; 240–248 G 84

»Ovidius de consiliis« = Petrus Abaelardus ad Astralabium filium, *hg. von* B. H a u r é a u , Le poème adressé par Abélard à son fils Astralabe: Notices et extr. 34,2 (1893)
249=69 – est hic T, hoc est
250=70
251–255=73–77
256=78 – animi T, autem
257=101
258=102 – attendis T, attendas
259–260=127–128
261–262=145–146
263=235
264=236 – non T, nec
265–268=267-270

Ne libertatem vendas, fuge dona potentum;
Emptum te credas, hec ubi sustuleris.
Artificem commendat opus, non propria lingua;
Sola loquatur in hoc, ore tacente, manus.
Mendaces faciunt, ne credam vera loquenti,
Et multis iustis perfidus unus obest.
Quid, cui des, videas, ubi, quando, quomodo, quare,
Ni grates pariter donaque perdere vis.
Vivere sic studeas, ut de te nemo queratur;
Si prodesse nequis, hoc age, ne noceas.
Occasum sapiens, stultus considerat ortum;
Finis quippe rei cantica laudis habet.
Accensas mollis responsio mitigat iras,
Auget eas pocius dura creatque novas.
In verbis pavidus semper letare fuisse;
In factis audax sis aliquando licet.
Infames fugiat tua conversacio semper
Et socio gaude te meliore frui.
Cum tua pauperibus largiris, non data dicas;
Namque datis Dominus premia plura dabit.
Qua te cumque die bona non fecisse videbis,
Non erit hec vite connumeranda tue.
Scit sibi, non aliis, qui nescit scita docere;
Tamquam nil scierit talis habendus erit.
Est dignus meritum sumere quisque suum.
Dissimulans simulat sapiens per tempora multa,
Paucaque vi peragit, plurima consilio.
Indignare tibi, cum te tua culpa flagellat,
Non illi, qui dat verbera iusta tibi.
Pauper sufficiens sibi soli dives habetur,
Non sibi sufficiens dives avarus eget.

270 ubi] nisi ($\overset{i}{u}$ *verlesen zu* $\overset{i}{n}$)
280 catica
282 creatura nova
294 Dissimulat – *l.* pro tempore?
297 verba

269–270=273–274
271(=1523)=339
272=340
273(=1527)=385
274(=1528)=386
275(=1529)=395
276=396
277–278=493–494
279–280=557–558
281–283=703–705
284=706 – licet T; decet
285–286=725–726
287=763 – *om.* Hauréau
288=746 – plura T; magna
289–290=779–780
291(=1540)=801
292(=1542)=802
293=920
294–295=967–968
296–297=1009–1010
298=1039 – soli T, solus
299=1040 – *letzter Vers bei* Hauréau

Si quis habet fundare domum, non currit ad actum
Impetuosa manus; intrinseca linea cordis
Premetitur opus seriemque sub ordine certo
Interior prescribit homo totumque figurat
Ante manus cordis quam corporis. [et status eius]
Non manus ad calamum preceps, non lingua sit ardens
Ad verbum; neutram manibus committe regendam.
Si bene successit, non prima, sed ultima spectes.
A casu describe diem, non solis ab ortu.
Ut sis ad plenum secura, verere futura;
Cum totum fecisse putas, latet anguis in herba.
Syrenes exemplar habe; docearis in illis,
Sub meliori statu semper peiora caveto.
Nulla fides rerum: sequitur post mella venenum
Et claudit nox atra diem nebuleque serenum.
Gressus precurrant oculi; preconsule mentem
Et vires metire tuas; si fortis es, aude
Grandia; si fragilis, humeris impone minora;
Si mediocris, ama mediocria; sumere noli,
Quod, quando sumis, presumis. in omnibus una
Est virtus servare modum. memor imprime menti:
Cum fueris maior aliis, te finge minorem
Et de te mentire tibi nec sic in abissum

304 *Ist die folgende Halbzeile* est prius archetypus quam sensilis *in der Abschrift ausgefallen?* Vgl. I, 66
305 sic
306 committere
310 harba
312 In securioribus dubita *in marg.*
314 vox
318 mediocra
322 metive

»Gaufredus in sua poetria nova« = Galfredus de Vino Salvo, »Poetria nova« hg. von Faral 197–262.
300=43 – currat ABCDG
301–302=44–45
303=46 – totamque
304=47 – . . . corporis, et status eius Est prius archetypus quam sensilis *etc. Vgl.* I, 66.
305–306=50–51
307=282 – non T ABD, ne CGP Faral
308–309=283–284
310=285 – fecisse T ABCDG, vicisse P Faral – putas T CD, putes ABGP Faral
311=286 – Syren. exempl. T ABCDG, exempl. Syr. CP Faral
312=287 – caveto T D, cavere ABCGP Faral
313=288
314=289 – *Es folgen bei* Faral *als v.* 290–291 *die Florilegverse* 325-326 (Cum soleant . . .), *die in* ABG *nach Farals Vers* 303 (T 324 Vincat opus . . .) *stehen. Das Florileg geht also mit* ABG.
315=294 – gressus precurrant T ABDG, prec. gr. P Faral – preconsule T ADG Jerem. de Montagnone, circumspice BCP Faral
316=295
317=296 – grandia T ACGP Faral, fortia BD
318=297
319=298 – quod T CP Faral, quae ABDG
320=299
321=300 – aliis T ABCDG, cunctis P Faral – finge T ABCDG; crede P Faral
322=301

Deicias alios vel te super ethera tollas.
Vincat opus verbum; minuit iactancia famam.
Cum soleant homini feliciter omnia verti,
Maiori levitate solent adversa reverti.
Tolle mathematicos! Est augur surdus, aruspex
Cecus et ariolus amens. Presencia scire
Fas homini solique deo prescire futura.
Quam brevis est risus quam longaque lacrima mundi!
Si mundum latuit, te, qui videt omnia, videt;
Esse tuum plene novit Deus intus et extra.
In cruce sudavit Deus: servusne quiescet?
(f. 70r) Tolle tuam! tulit ipse suam. Gustavit acetum.
Fac et idem! num maior erit reverentia servi
Quam domini? Si vis suus esse sequtor, oportet
Tormentis tormenta sequi. Non itur ad astra
Deliciis; ideo mortem, quam solvere debes
Nature, persolve Deo, moriaris in ipso.
Flumina magna trahunt ortum de fonte pusillo;
De tenui virga grandis protenditur arbor.
Ne sis Pompeius, sed in hiis que dixeris esto
Argus et argutis oculis circumspice verba!
Ante Dei faciem devota silentia clamant.
Argento loculos, digitos spoliavimus auro.
Vix tamen esse potest, ut homo sine crimine vivat.
Sputa, flagella, mine, probra, clavi, lancea, spine
Felici fine sunt nostre meta ruine;
Hiis homo deliciis ac te crucis arte redemit.
Cordis contriti pietas divina miserta
Debita dimittit, peccata remittit, amorem

328 amens que pr.

336 suus *om.*

323=302 – vel T, nec – tollas T A, ponas BCDGP Faral
324=303
325=290
326=291 – *Zur Stellung der Verse* 325 *und* 326 *vgl. zu* 314
327=350 – aruspex T ABDP Faral; et auspex CG
328–329=351–352
330=430 – quam longaque T D, quam longa C, quam longa est ABGP Faral
331=480
332=481 – deus intus et in cute novit deus intus et in cute novit
333=493 – deus T; dominus – servusne T GP Faral, servusque ABCD
334–335=494–495
336=496 – vis esse T (?), vis suus esse
337–338=497-498
339=499 – in ipso T, in illo Jerem. de Montagnone III 2,7
340=688 – ortum T ABCDG Freidankpred. 234; ortus P Faral
341=689 – de T ABGP Faral, Jerem. de Mont. *l. c.*, Freidankpred. 129; ex CD
342=749 – Pompeius T, praeproperus
343=750
344=878
345=985
346=1352
347=1407 – sputa] spreta
348=1408 – sunt nostre T D, n. s. BCP Faral
349=1409 – redemit T P Faral; peremit BCD (1407–1409 *fehlen in* AG)
350–351=1813–1814

Ipsis mittit et vera gaudia lucis
Promittit; sed ea, nisi perstet in eius amore,
Amittit.
Seria dum tractes, sit sermo serius et mens
Seria, maturus animus maturaque verba.
Sunt aliqui, qui scire volunt, sed non operari
Nec studium penamque pati. Modus iste cathinus:
Vult piscem, sed non piscari. Non loquar illis.

Laborintus

Disce prius quam dogma seras; si ducere cecum
Vis, videas; primo te rege, deinde tuos.
Dilige corde Deum; tota vi mentis inhere
Illi, pro toto posse sequaris eum.
Non sine spineto crescit rosa nec sine mundi
Tormento Domino vita placere potest.
Parentes minime quia peccavere parentes
Primi, cesus ob id in cruce Christus obit.
(f. 70v) Est sapientis opus, hostis telum quod in omni
Tempore provideat insidiantis ei.
Est tibi proposita via vite vel via mortis,
Quamvis inter eas ista vel illa patet.
Dic homo perdite, perdite dic, cur negligis illum,
Illum qui pro te mortis amara bibit?
Non est certa dies mortis; re certior omni
Mors est. erroris ergo linque viam.
Pastoris qui nomen habes, sis forme beate
Vite, quam debet subdita turba sequi.
Exemplum, dogma duo sunt: hoc instruit, illud
Allicit; errantem sic revocare potes.
Sordes evellas, extirpes crimina, quantum
Est in te, quantum sit tibi posse datum.

352 *l.* immittit? – *l.* vere?
375 *l.* relinque?

381 in te] intimum (*wohl aus Glosse* tuum *über* in te)

352=1815 – mittit T, immittit – lucis T; vitae
353=1816 – ea T CD, eam ABGP Faral
354=1817
355=1917 – dum T, si – sit sermo T BCD; sermo sit AGP Faral
356=1918
357–358=2027–2028
359=2029 – piscem T ABDGP Faral, pisces C – sed non T ACDGP Faral, nec vult B

»Laborintus« *hg. von* Faral 337–377.

360-361=195–196
362–363=311–312
364–365=315–316
366–367=447–448
368–369=457–458
370=499
371=500 – quam vis introeas
372–373=501–502
374–375=519–520 – linque T, relinque
376–377=525–526 – forme T, forma
378–379=533–534
380–381=537–538 – exstirpe – intimum in te

Insipiens audes de multis sumere curam,
Prudens de paucis quam vir habere timet.
Si non pro meritis, sed pro virtute gravaris
Sola, non debes immemor esse Joseph.
Pestis avaricie durumque nephas symonie
Regnat in ecclesia liberiore via.
Permutant mores homines, cum dantur honores;
Corde stat inflato pauper honore dato.
Mane petendo scolas qui cum testudine serpunt,
Saltatu leporis vespere tecta petunt.

Thobias

Nate, cavenda cave, sectare sequenda, relega
Crimina, vas mentis purificare stude!
Sis humilis, largus, miserator, castus, habundans
Pace, modo vite munere plaude Deo.
Hec aliis facias, que scis tibi commoda; nulli
Fac, que facta tibi perniciosa putes.
Quanto maior eris, studeas descendere; vivas
In magno minimus, in dominante cliens.
Pax iram reprimat, fastum patiencia, luxum
Sobrietas, odium gracia, probra decus.
(f. 71r) Da nudis, da pauperibus! te pinguibus uti
Dedecet, in membris esuriente Deo.
Affectus preit effectum; non aspice, quantum,
Sed fluat ex quanta sedulitate datum.
Non tibi quid dabitur, sed cur intellige solum;
Sola voluntatis forma monetat opus.
Nonnumquam fuge, quod dabitur; suscepcio doni
Arbitrii vendit liberioris opes.
Venditur arbitrium, dum vivitur ex alieno
Sumptu; pane tuo vescere: liber eris.
Doctrine pater est usus; doctrina scolaris
Interscisa perit, continuata viget.

405 sedulitas
406 sola
408 quid
409 arbitrũ – liberiores
410 arbitrũ

382–383=541–542
384–385=569–570
386–387=707–708
388–389=709–710
390–391=933–934

»Thobias« *hg. von* F.A.W. Mueldener, Matthaei Vindocinensis Tobias, Göttingen 1855
392–393=517–518

394–395=539–540
396–397=559–560
398–399=683–684
400–401=699–700
402–403=751–752
404–407=757–760
408–409=763–764
410–411=767–768
412–413=875–876

Ut Domino placeas, noli peccare, relega
Peccatum, veniam posce: beatus eris.
Est ancilla Dei supplex elemosina, mortis
Antydotum, venie porta, salutis iter.
Da quod amas, si quis deposcit amicus; amatum
Ni dederis, merito nulla petita feres.
Da: dabitur; dimitte: tibi dimittet opimus
Iudex; consimili semina lance metes.
Solve laboranti lucra, mercenarius omnis
Debet promerita condicione frui.

Ex libro qui dicitur Omne punctum

Christe, regis qui nos, in me sensus rege quinos
Custodemque date michi vite, supplico, da te!
Lege Dei si stas, non totam spem tibi sistas
In dapibus crassis; moriturus agas quasi cras sis.
Vite si curte memor esse velis, male cur te
Vivere non tedet, cum vita reum, male, te det?
Quam superare nequis, swadet mors impia, ne quis
Iactet se pulchrum, cui restat triste sepulchrum.
Tutus adi gentem vicio se non adigentem;
Te procul a gente remove mala semper agente.
(f. 71v) Illi, quo minor es, cedas nec sperne minores;
Crede, quibus prior es, hos te fore posse priores.
Fili my, noris precii terrena minoris;
Dum cadis a vita, patrimonia linquis avita.
Histrio debita non sibi credita solvere curat;
Inficiatur, si moneatur, falsaque iurat.
Si mediteris, quanta teneris reddere, quis sis,
Recta sequeris, cum mala queris, rebus omissis.
Si dat oluscula mensa minuscula pace quieta,
Ne pete grandia largave prandia lite repleta.

422 mercenario
424 regis] rege
434 est credas
441 recte – male
443 Repete – larga ne

414–415=911–912
416–417=915–916
418–419=923–924
420–421=931–932
422–423=937–938

»Ex libro qui dicitur Omne punctum« *hg.* von F. Jacob, M. Reineri Alemanici Phagifacetus et Godefridi Omne punctum, Lübeck 1838
424=1
425=2 – vitae mihi

426–427=145–146
428–429=155–156
430–431=60–61
432=69
433=71
434–435=76–77
436–437=84–85
438–439=220–221
440=240
441=241 – cum] quas
442=196 – det
443=197 – non pete

Alanus in parvo suo doctrinali

Utribus antiquis vinum committere noli
Nec senibus sensum, quem retinere velis.
Stultior est stulto, qui mandat balsama cribro
Et verbis pleno verba tacenda viro.
Sepe viatorem nova, non vetus orbita fallit;
Sic socium socius non vetus, ymmo novus.
Non est in speculo res, que speculatur in illo;
Eminet et non est in muliere fides.
Non sibi, sed reliquis aries sua vellera portat;
Sic aliis unit semper avarus opes.
Subtrahe ligna foco, si vis extinguere flammam;
Si carnis motus, ocia, vina, dapes.
Fragrantes vicina rosas urtica perurit;
Sic semper iustos turbat iniquus homo.
Mobile cum vento folium volat arbore raptum;
Sic mens instabilis semper ut aura volat.
Currere cogit equum sub milite calcar acutum
Et puerum studio virga vacare suo.
Cur aperit portam, qui claudere non valet illam?
Cur michi rem spondet, qui michi non dat eam?
De nuce fit corulus, de glande fit ardua quercus,
De parvo puero sepe peritus homo.
Non possum prohibere cani, quin latrat ubique,
(f. 72r) Nec duo mendacis claudere labra viri.
In laqueum volucres ducit cum cantibus auceps,
In fraudem gentes blesa loquela viri.
Post noctem sperare diem, post nebula solem,
Post lacrimas risum leticiamque potes.
Pondera portat equus, bos terram sulcat aratris,
Vestem trahit ovis, servat ovile canis;
Omnia quippe sue nature debita solvunt
Preter eum, qui plus hiis racionis habet.

449 socius] socio
453 aliis] unus – opes] homo *Vgl.* I, 66
455 sic
459 volet
464 quarcus
465 fit sepe
471 -que *om.*

»Alanus in parvo suo doctrinali«, Migne PL 210, 579 ff.
444–445=I,7–8 (581A)
446–447=I,11–12 (581A)
448–449=I,13–14 (581A/B)
450–451=I,15–16 (581B)
452–453=I,21–22 (581B) – opes] homo *(wie Hs. von* T) Leyser
454–455=I,39–40 (582A)
456–457=I,45–46 (582A)
458–459=I,51–52 (582B)
460–461=I,65–66 (582C)
462–463=I,71–72 (583A) – *wie* T *Leysers Helmstädter Hs.*
464–465=I,81–82 (583A)
466–467=I,87–88 (583B)
468–469=I,103–104 (583C)
470–471=I,107–108 (583C)
472–473=II,5–6 (583D)
474–475=II,7–8 (583D/584A)

Tucior in terra locus est quam turribus altis;
Qui iacet in terris, non habet, unde cadat. vel sic:
Qui iacet inferius, non habet unde cadat.
Imbres et venti, tonitrus et fulmina turres
Flatibus evertunt, stare sed yma sinunt.
Pessimus est hostis, qui, cum benefeceris illi,
In te consurget bella nephanda movens.
Non teneas aurum totum, quod splendet ut aurum,
Nec pomum pulchrum quodlibet esse bonum;
Nec est in multis virtus, quibus esse videtur.

Prosper

Perfecte bonus est et vere dicitur insons,
Qui sibi nec cuiquam, quod noceat, faciens.
Non prodest cuiquam solis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua sonat;
Nam fari recte miserum et vivere prave.
Hic nimis a sensu doctrine devius errat,
Qui que curavit scire, fugit facere.
Sanctus homo sanctos facit et de lumine lumen
Exoritur; nullus fit bonus absque bono.
Quod plerumque mali in sanctos sevire sinuntur,
Quod bonis pravi sepe nocere queunt,
Absque Dei nutu non fit, qui corda suorum
Hiis etiam bellis clarificanda probat.
(f. 72v) Crescunt virtutum palme crescuntque corone.
Non satis est Domini preceptum volvere lingua;
Is memor est legis, qui memor est operis.
Non prodest quiddam recti sapuisse malignis,
Si verum et sanctum non coluere Deum.
Mens illesa nichil violato corpore perdit:
Invitam carnis vulnera non maculant.
Gratior est fructus, quem spes productior edit.
Non recto servat legalia sabbata cultu,

480 sinit
492 Si ut qui que
496 *l.* quodque?
505 In vita

476–477=II,17–18 (584A)
478=*Variante zu 477, fehlt bei* Migne
479–480=II,19–20 (584A)
481–482=II,101–102 (585D) – fortius insurgit bella movendo tibi Migne, Leyser
483–484=III,1–2 (585D/586A)
485=III,3 (586A) – nec T *(Anschluß an das vorausgehende Distichon;* non Migne, Leyser
»Prosper« hg. von Migne PL 51,499 ff.
486–487=I,1–2 (499A) – qui] nec
488–490=VI,9–5 (501A) – miserum et] mis. est et
491=XIII,3 (503A) – hic] nam
492=XIII,4 (503A)
493–494=XXII,5–6 (505C/506A) – homo] enim
495–499=XXIII,1–5 (506A) – clarificanda T, glorificanda
500–501=XXIV,3-4 (506B)
502–503=XLVI,78 (512B) – Non] Nec satis
504–505=LI,1–2 (513C)
506=LXX,5 (520A)
507–508=LXXXIV,1–2 (524B)

Qui pietatis opus credit in hiis vetitum.
Absque dolore quidem nequeunt mala sweta repelli,
Sed quod leserunt dulcia, amara movet.
Ira brevis rectis gaudia longa dabit.
Numquam bella bonis, numquam discrimina desunt,
Et cum quo certet, mens pia semper habet.
Quod sibi quis nolit fieri, non inferat ulli,
Vindictam lesus nesciat exigere.
Contentus modicis vitet sublimis haberi,
Sperni non timeat, spernere non libeat.

Pauper Heynricus

Quem semel horrendis maculis infamia nigrat,
Ad bene tergendum multa laborat aqua.
Non sine felle suo dulcet fortuna nec albet
Absque nigredine, nec mons sine valle fuit.
Cui multum mellis, multum dedit ipsa veneni,
Mel vomuit primum felleus ipse sapor.
Dulcius est miseris aliena vivere terra
Quam propria male, qua singula probra patent.
Rebus in adversis omnis amicus abest.
Delicias veris sequitur, sed tempora brume
Deserit ablato remige falsus amor.
Verus amor miserum non dedignatur amicum.
Ut fornax aurum, navem mare, mucro cathenas,
Sic gravior corda casus amica probat.
(f. 73r) Pagina sit celum, sit frondes scriba, sit unda
Incaustum: mala non nostra referre queant.
Nunc scio de facto, quod semper culpa redundat
In miserum, qui non unde tuetur habet.
Culpa solet minimis semper iniqua dari.
Si qui derident alios, ridentur et ipsi:
Nil magis in populis est generale, nota.
Non opus est verbis, gladio qui percutit hostem;

530 navem] naute

509–510=XCV,11–12 (527C)
511=XCV,16 (527C)
512–513XCVI,1–2 (528A)
514–517=»Poema coniugis ad uxorem« v. 51–54, Migne PL 51,613 A.

»Pauper Heynricus« *hg. von* A. Marigo, Henrici Septimellensis Elegia sive de miseria, Patavii 1926 (Scriptores latini medii aevi italici I); G. Cremaschi, Bergamo 1949
518–519=19–20
520–522=31–33
523=34 – ipse T *u. einige Hss.;* ille Marigo, Cremaschi
524–525=111–112
526=134 – rebus T; omnis omnis T; rebus
527–528=135–136
529=145
530–531=153–154
532–533=235–236
534–535=387–388
536=390
537=441 – si T; sic (*Anschluß!*)
538=442
539–540=449–450

Nam satis ad vulnus sufficit ensis atrox.
Nil adeo validum, quod non quandoque teratur.
Hoc et ab invalido sepe videre potes:
Vomer humo, lapis unda, pollice gemma, quid ultra?
Sepe quod est validum frangere molle solet.
Omne quod est crebrum nimio sordescit in usu;
Omne quod est rarum, carius esse solet.
Nam nequid antiquum medicina repellere morbum,
Quodque diu crevit, durat in esse diu.
Promovet iniustos fortuna volubilis, ut, quos
Scandere precipites fecit, ad yma rotet;
Nam graviore ruit turris tumefacta ruina
Et gravius pulsat alta cypressus humum.
Non felix quis habet ut crescat honore, sed hic qui
Non ut decrescat quod neque possit habet.
Ve tibi, ve, mortale genus, quod semper ad alta
Niteris, ut lapsu perfidiore cadas!
O cecum mortale genus! Quid tucius ergo
Paupertate? Fere nil, nichil absque fere.
Vade per Hyspanos, vade per omne nemus,
Vade per hostiles cuneos turmasque latronum:
Dummodo sis verus, tutus egenus eris.
Quid faciet vacuus coram latrone viator?
Letus et intrepidus fundit ad astra melos.
Paupertate nichil tucius esse potest.
(f. 73v) Mundus amat, spernit, rennuit, sectatur, abhorret,
Pessima, iusticiam, iura, nephanda, bonum.
Mundus alit fraudes, refovet scelus, arcet honesta,
Recta fugit, violat federa, feda cupit.
Ipsa, caput mundi, venalis curia pape
Prostat, et infirmat cetera membra caput.
Sacrum – cerne nephas nostroque pudencius evo! –
Venditur in turpi condicione foro:
Crisma sacrum, sacer ordo, altaria sacra, sacrata
Dona: quid hic ultra? venditur ipse Deus.

556 lapsa
566 iusticia
567 alet
568 viola

541–543=463–465
544=466 – validum T *und einige Hss.,* solidum
545=475 – sordescit T, vilescit CZb Jerem. de Montagnone, Cremaschi
546=476
547–548=523–524
549–552=635–638
553=641 – quis habet T, qui non ubi
554=642 – ut T, ubi – quod T, quo
555–556=643–644
557–558=665–666
559=667–668 – Vade per Hyspanos (et nigros vade per Indos, vade per insidias,) vade p. o. n.
560–563=669–672
564=676
565=695 – rennuit T, tenuat
566–573=696–699
574=704 – hic T, hec

Venditur, o dolor! omnificis sentencia nummis
Iudiciumque pium copia frangit opum;
Deviat a vero corruptus munere iudex.
Contra merorem cape gaudia, velle refrena,
Atque mali finem semper adesse puta!
Grata superveniet que non sperabitur hora,
Que conpensabit fellea prisca favis.
Una serena dies multorum nubila pensat.
Fortunam dimitte vagam, permitte vagari,
Que numquam stabili ludere fronte potest!
Fortuna ridente gemas, plorante ioceris.
Factaque si desunt, non desint verba benigna;
Nam multos caros mellea lingua parit.
Quod donare velis, dones sine spe redeundi,
Ne, quod aperta dedit, retrahat unca manus.
Ne sis linguosus nec in omni famine mutus,
Sed sola studeas utilitate loqui.
In te cognoscas alios! magis utile non est
Et magis urbanus nullus in orbe potest.
Ypocrite vicium, Symonis contagia, que nunc
Clericus omnis amat, sint inimica tibi.
Namque bonis bona, sed de pravis prava trahuntur,
Dulcia de dulci palmite vina fluunt.
Non rosa dat spinas, quamvis sit filia spine,
(f. 74[r]) Nec viole pungunt nec paradysus obest.
Nunquam cervicem sine cauda pingere temptes,
Nam sine fine suo primiciare nocet.
Mutus ad obprobrium, surdusque ad murmura, cecus
Ad varium, stolidus claudus ad artis iter.
Ympnificet de te tua non, sed vox aliena;
Nam bene festivos stercorat illa viros.
Spurius ille puer nullum swadebit honestum:
Natus adulterio semper adulter erit.
Ne te pigricie consors dilacio tardet
Ad bona, nam cupiens omnia tarda putat.
Nam mora denigrat donum meritumque minorat,
Sed cita grandificat munera parva manus.

575 omificis
582 nubula
586 desint] desunt
589 apta
603 varium] vanum. – stolide. – artus

575–577=721–723
578–582=761–765
583–584=767–768
585=771
586=793 – desunt T, desint (zweimal)
587=794
588=823
589=824 – retrahat T, detrahat
590–591=831–832
592=833 – non T, nil
593=834 – urbanus T, urbanum
594–595=839–840
596–599=849–852
600–605=891–896
606–607=903–904
608–613=911–916

Ne credas solos magnates esse timendos!
Est fidus socius, est et amicus amans.
Heu, caro nostra dolet plus flore caduca caduco,
Qui parvo spacio fit puer atque senex!
Quam fragilem texit textrix aranea telam,
Tam fragili tegitur tegmine vita brevis.
Fermentat claros nummosa pecunia mores,
Que tibi si fuerit hospes, et hostis erit.
Prevalet in cunctis discreta modestia rebus,
Qua sine virtutum grande peribit opus.

Ex libro de victoria Christi

Justius invidia nichil est, que propria corda,
Ex quibus est orta, sauciat absque mora.
Pro dono mellis dat iniquus pocula fellis,
Pro sicera fecem, pro pietate necem.
Ey michi, quanta bona deflorant aurea dona!
Iustorum mutant linguas et iura refutant,
Prudentum cecant lumina, corda necant.
Nummus et argentum fabricant mendacia centum
(f. 74[v]) Et iustum reprobant et reprobanda probant.
Est princeps summus ad queque negocia nummus,
Illius imperio militat omnis homo.
Lingua disertorum nil novit causidicorum
Allegare, nisi nummus adesset ybi.
Quicquid iura sonant pro te, modicum tibi prodest;
Nummi quando sonant, plus sonus ille potest.
Digne dampna feret, perverso si quis adheret;
Reproba cum reprobo plebs reprobatur hero.
Si cecus cecum presumit ducere secum,
Incaute vadunt in foveamque cadunt.
Innitens rampno dampnatur duplici dampno:

632 candicicorum
638 Reprobra – reprobro

614–615=923–924
616=925 – texit textrix T, textrix contexit
617=926
618=931 – nummosa T, numerosa
619=932 – erit T, ego (*im Zusammenhang: es spricht die Fronesis*)
620–621=939–940

»Ex libro de victoria Christi« nach clm 19607. Nur einige Blätter sind mit Zählung versehen; ich zähle durch und setze die fol.-Angabe, wo sie in der Hs. fehlt, in ( ).
622–623=249 (343[r]) – 250 (343[v])
624–625=328–329 (345[r])
626=388 (346[r]) – aurea T, subdola
627–628=390–391(346[r])
629–630=394–395 (346[v])
631–632=398–399 (346[v])
633–635=402–403 (346[v])
635=404 (346[v]) – sonant T, tacent, *ss.* sonant tunc
636=405 (346[v]) – potest T, prodest ⟨ potest *corr.*
637–638=715–716 (354[r])
639=717 (354[r]) – presumit T, conatur, *ss. presumit*
640=717a (354[r]) – *von anderer Hand nachgetragen*
641–642=718–719 (354[r])

Pungitur, igne perit; sic duo dampna gerit.
Rumor de veteri faciat futura timeri;
Cras poterunt fieri turpia sicud heri.
Quisque potest verbis sese iactare superbis;
Sed vim, quam iactat, actio sola probat.
Caucius est fugere quam mala bella dare.
Quo magis extollis te corde tumens quasi follis,
Tanto plus premeris, sic et inanis eris.
Qui petit alta nimis, se precipitabit in ymis;
Qui se subdiderit, glorificandus erit.
Si sint ora michi tot quot redimicula celi,
Non condigna Deo vota referre queo.
Aurea lingua michi, faux ferrea si foret et si
Enea vox, nequeo psallere digna Deo.
Celum, terra, mare si linguis mille vigerent,
Non sibi sufficerent cantica digna dare.
Qui prius ex patre Deus ortus erat sine matre,
Nunc homo de matre quasi sol oritur sine patre. Vel sic:
Nunc homo de matre nascitur absque patre.

Oracius in antiqua poetria

Decipimur specie recti. brevis esse laboro,
Obscurus fio. [sectantem levia verum]
Debemur morti nos nostraque [sine receptus].
(f. 75^{r}) Gramatici certant et adhoc sub iudice lis est.
Aut dormitabo aut ridebo. tristia mestum
Vultum verba decent, iratum plena minarum,
Ludentem lasciva, severum seria dictu.

643 tumeri
645 Quisquis – sepe
647 bella] pugna. *Vgl. die Glosse über* mala bella *im clm.* 19607: inconvenientes pugnas
648 timens
651 glorificando
662 *f. Vgl.* I, 66
664 iudice] modice

643=728 (354^{v}) – faciat T, faciet.
644=729 (354^{v}) – turpia T, noxia, *ss.* nociva
645=746 (355^{r}) – sepe (sese!) iactare T, iactare sese
646=747 (355^{r})
647=824 (357^{r}) – *über* mala bella *Glosse:* inconvenientes pugnas
648–649=913–914 (359^{v})
650=917 (359^{v}) – petit T, cupit
651=918 (359^{v})
652 1091 (364^{r})
653 1092 (364^{r}) – referre T, reddere
654 1093 (364^{r}) – faux (*von 2. Hand nachgetragen*) si foret ferrea
655–657=1094–1096 (364^{r})
658=86 (340^{r})
659 *diese Form fehlt*
660=87 (340^{r})

»Oracius in antiqua poetria« = Horatii ars poetica hg. von F. Klingner, Horati opera, ^{3}Leipzig 1959
661=25
662=26 – verum *Hs. von* T, nervi – sectantem-verum *in* T, *wohl zu tilgen; vgl.* T 682 *und den folgenden Vers*
663=63 – sine receptus *Hs. von* T; sive rec. *die Horazüberlieferung; in* T *zu tilgen*
664=78
665–668=105–108

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunatum habitum: iuvat aut impellit ad iram
Aut ad humum merore gravi deducit et angit.
Multa senem circumveniunt incommoda, vel quid
Querit et inventis miser abstinet et timet uti.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt: ne forte seniles
Mandentur iuveni partes pueroque viriles;
Semper in adiunctis evoque morabimur aptis.
Aut prodesse volunt aut delectare poete
Et simul et iocunda et ydonea dicere vite.
Quidquid precipias, esto brevis, ut cito dicta
Percipiant animi dociles teneantque fideles:
Omne supervacuum pleno de pectore manat.
[Idem: brevis esse laboro, obscurus fio.]
Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci
Lectorem delectando pariterque monendo.
Non semper feriet, quodcumque minabitur arcus.
Ludere qui nescit campestribus abstinet armis.
[Duret quo vellet] Fuit hoc sapiencia quondam:
Publica privatis secernere, sacra prophanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis.
Numquam te fallant animi sub vulpe latentes.

Asinarius

Omnia composite sicud asellus agit.
Dulcius exilio solet esse solum genitale,

674 adimunt] adimutū
682 = *Glosse*
685 quodque
687 *Vgl.* I, 66
692 generale

669=109 – fortunarum
670=110
671=169 – quid T, quod
672=170
673–675=175–177
676=178 – morabimur T *und ein Teil der Hss.;* morabitur B Ψ, Klingner
677=333
678=334 – et simul T, Servius, et
679=335 – praecipies
680–681=336–337
682=25–26 – *Glosse in der Vorlage von T, in T oder in einer Abschrift*
683–684=343–344
685= 350 – non T; nec (*Anschluß!*)
686=379
687=369 – ducere (duret T) quo vellet *ist Schluß des vorangehenden Satzes, in* T *zu tilgen* hoc] haec
688–689=397–398
690=437 – fallant T, *jüngere Hss. und* Jerem. de Mont.; fallent Σ Υ, Klingner

»Asinarius« hg. von K. Langosch, Asinarius und Rapularius, Heidelberg 1929 (Sammlung mlat. Texte 10)
691=218 – sicud] sic et K, dictus H – agit] egit Br K M
692=231 – dulcius] dulcique KM – genitale] genuale F; hyemale E

Quodque placet cunctis dico placere michi.
Et precor ut finem dent bona cepta bonum.

Oracius in epistolis

(f.75r)
Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.
Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi.
Dimidium facti qui bene cepit habet.
Quod satis est cui contingit nichil amplius optet.
Sincerum nisi vas, quodcumque infundis acescit.
Semper avarus eget: certum voto pete finem.
Invidus alterius rebus marcessit opimis.
Ira furor brevis est: animum rege, qui nisi paret,
Imperat; hunc frenis, hunc tu conpesce cathenis.
Parvum parva decent.
Celum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Cautus enim metuit foveam lupus accipiterque
Suspectos laqueos et opertum miluus hamum.
Oderunt peccare boni virtutis amore,
Oderunt peccare mali formidine pene.
Mors ultima lynea rerum.
Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet,
Et neglecta solent incendia sumere vires.
De quocumque viro, cui dicas, sepe videto.
Percunctatorem fugito, nam garrulus idem est
Nec retinent patule conmissa fideliter aures

693 Quod quia
694 pccor
698 cui] qui – nichil] ut
706 accipitque
707 suspectis – apertum – miluus] wlnus.

693=232 – dico] dicere E F
694=394 – bona] mea K; modo F – bona cepta] cepta opera β; copia mea M; bona modo F

»Oracius in epistolis« = Horatii epistulae hg. von F. Klingner, Horati opera, ^{3}Leipzig 1959
695=I,1,52
696=I,2,14
697=I,2,40 – *durch Einfügung von* bene *hinter* qui *und Weglassen von* sapere aude *am Schluß des Hexameters ist in* T *ein Pentameter hergestellt*
698=I,2,46
699=I,2,54 – sinc. nisi T, »Ecb. capt.« 321 (vgl. K. Streckers *Apparat zur Stelle*), sinc. est nisi
700 I,2,56
701=I,2,57 – rebus marcessit T, so auch E. Faral *in der Ausgabe des* »Laborintus« 376; marcessit *oder* marcescit *ist die mittelalterliche Form; vgl.* O. Schumanns *Apparat zu* »Carm. Bur.« 13,II, *wo ohne ersichtlichen Grund* marcescit *der Hs. nach Horaz in* macrescit *geändert ist*
702=I,2,62
703=I,2,63 – cathenis T, catena
704=I,7,44
705=I,11,27
706–708=I,16,50–52
709=I,16,52 – *mittelalterlicher Zusatz in verschiedenen Horaz-Hss; vgl.* E. Norden, *Antike Kunstprosa* II, 454. *Anlaß zum Einschub gab wohl der folgende Vers:* tu nihil admittas in te formidine poenae
710=I,16,79
711–712=I,18,84–85
713=I,18,68 – de quocumque T, quid de quoque – viro et cui
714–715=I,18,69–70

Et semel emissum manet irrevocabile verbum.
Oderunt hylarem tristes tristemque iocosi
Sedatum celeres, agilem gnavumque remissi.
Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicicias et funebre bellum.
Navem agere ignarus navis timet, obrotanum egro
Non audet nisi qui didicit dare, quod medicorum est
Promittunt medici, tractant fabrilia fabri.
Rem temptare pudor quam vires ferre recusent.
Discit enim cicius meminitque libencius illud
Quod quis deridet quam quod probat et veneratur.

Ex libro qui dicitur Doligamus
id est de fraude mulierum

Augurio docti fraudes didici muliebres,
(f. 76r) De quarum fraude nemo cavere potest.
Sicut arena maris sunt sydera multa polorum,
Multa sic fraude femina prava viget.
Heu michi, quam fraude mulier varia mala sordet!
Integra iura thori non tenet illa viro.
Alterius segetes semper putat uberiores,
Yo confinis ubera magna tenet.

§Yo secundum poetas fuit quedam mulier mutata in vaccam, q. d. mulieres putant vaccas vicinorum maiora habere ubera.

Vulnera nemo potest medicina clausa mederi;
Sanat aperta bene vulnera docta manus.
Consilium sanum contempnit nemo discretus;
Ergo meum rectum percipe consilium!
Non dabitur bravium fuerit quecumque pudica
Carne, nec in mente virgo manere studet.

718 cedatum
719 genuit] gemit – trepidem
720 funbre
721 navis *om.* (*erst in der Abschrift?*) – ergo
731 vana
734 *in der Glosse:* viciorum
740 manere] studere

716=I,18,71 – manet T, volat
717–18=I,18,89–90
719–720=I,19,48–49
721 II,1,144 – ignarus timet T, ign. navis timet
722–723=II,1,15–116 –
724 II,1,259 – pudet Freidankpred. 551
725–726=II,1,262

»Ex libro qui dicitur Doligamus« hg. von E. Habel, Der »Doligamus« des Adolfus von Wien in: Studi medievali 11 (1938) 103–147
727=1 – mulieres W^1; mulieris P
728=2
729=7
730=8 – prava T, mala K
731=35
732=36 – tenet T, colit K
733=37
734=38 – tenet T, habet P
735–736=207–208
737=243 – discretus T DFPW^1; disertus *cett.*
737=243 – discretus T DFPW^1; disertus *cett.*, Habel
738=244
739–740=557–558

Mente prius nisi corrupta caro non violatur;
  Ergo stude mentis virginitate frui.
Flectere quam possunt bene terroresque metallum,
  Non datur aureola virginitatis ei.
Si tibi se iungat vel si iungaris eidem,
  Contrahis inde luem, clerice, crede michi.
Lis, odium, cedes, mors, rixa superflua sumunt
  Principium Venere, sicud ubique liquet.
Vepribus et spinis terram purges bene princeps,
  Ut flores lolium crescere triste sinat.
Ex nimia requie reptat sevissima pestis
  Et Veneris fomes que mala multa parat.
Est requies longa virtutis prodiga, nutrix
  Peccati, corpus annichilare solet.
Obfuscare solet requies retracta metalla;
  Ex nimia requie deficit egra caro.
Spinas et tribulos profert incultus agellus,
  Pullulat ex culto messis adulta solo.
Sed quid plura loquor: Veneris triplex medicina:
(f.76^{v}) Et fuga, sive labor, parcere sepe cibis.

Ex libro qui dicitur liber Pyrami et Tysbe

Spernitur omnis inops sapiensque parum reputatur,
  Si non diviciis polleat ipse satis.
Non aspernatur sapiens, licet huic dominetur
  Paupertas nimia, post quia dives erit.
Est homini magna clemencia nolle nocere,
Vel cum posse datur vel causam possit habere.
Quod duo proponunt, effectu raro carebit.
Swadet amor, vite discrimen sepe subire,
Atque suis famulis dat mortis pocula dire.
Omnis amans raro precogitat utile quid sit,
  Nam pro velle suo cuncta licere putat.

753 Et – prodigia

741=559 – nisi T non F B*
742–744=560–562
745–746=585–586
747=591 – superflua T, superbia
748=592
749–750=605–606
751=619
752=620 – parat T B, parit
753=621 – Est T (?) W^{1} W^{2} Habel, *sonst* Et
754–758=622–626
759=643 – loquor T D W^{1}, loquar
760=644 – et T, est

»Ex libro, qui dicitur liber Pyrami et Tysbe« = Die Pyramusdichtung des Dietrich, hg. von P. Lehmann, Pseudo-antike Literatur des Mittelalters, Leipzig 1927, 35 ff.
761=5
762=6 – diviciis T K 2141, deliciis
763=17
764=18 – paupertas T H, pauperies
765–766=79–80
767=98
768–771=129–132

  [Esset] Nullus enim scire futura potest.
Si presciret homo mala, forsan caucior esset
  Nec sineret ledi pectora sepe sua.
Opto mori, quia vita gravat; dilacio mortis
  Penas maiores accumulare potest.
Atrox Fortuna, crudelior aspide surda,
  Que sola semper mobilitate viges!
Omnia mors equat, mors omnibus una vagatur,
  Omnia mors delet, omnia morte cadunt,
Morsque rapit reges, mors est que forcia frangit.

Item ex alio Pyramo

Si vult saltare claudus vel si iubilare
Mutus conatur, hinc venter honorificatur.
Sensus prudentis ad versus insipientis
Non connectatur, ne risus verba sequatur.
Querant maiores maiora, minora minores;
Lac pueris stultis, panis tribuatur adultis.

Boecius in primo libro de consolacione philosophie

Mors hominum felix, que se non dulcibus annis
  Inserit et mestis sepe vocata venit.
Heu, heu, quam surda miseros avertitur aure
(f.76^{ar}) Et flentes oculos claudere seva negat!
Quid me felicem tociens iactastis, amici?
  Qui cecidit, stabili non erat ille gradu.

Antiquus Catho

Plus vigila semper, ne sompno deditus esto;
Nam diuturna quies viciis alimenta ministrat.

772 *Vgl. I, 70*
779 omnibus] omnia

784 adversus

772=204 – esset T *vgl. S.* 3
773–774=205–206
775–776=223–224
777–778=227–228
779=283 – 283–288 *des* »Pyramus« *om.* K 2115 – vagatur T H, vocatur
780=284 – 284 *nach* 285 K 2141
781=285

»Item ex alio Pyramo« = Anonyme Pyramusdichtung hg. von P. Lehmann, Pseudo-antike Literatur 46 ff.
782–783=3–4
784=7
785=8 – connectatur T, converta(n)tur

786=9
787=10 – pueris stultis T, pueri vultis

»Boecius in primo libro de consolacione philosophie« hg. von W. Weinberger, A. M. S. Boethii Philosophiae consolationis libri quinque, Wien-Leipzig 1934 (CSEL 67)
788=I,1,13 non T, nec
789–791=I,1,14–16
792–793=I,1,21–22

»Antiquus Catho« hg. von Ac. Baehrens, Catonis Disticha (Poetae Latini minores III) 1881
794–795=I,2

Contra verbosos noli contendere verbis:
Sermo datur cunctis, animi sapiencia paucis.
Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus;
Sic bonus esto bonis, ne te mala dampna sequentur.
Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi;
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse loquentem.
Cum te aliquis laudat, iudex tuus esse memento;
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli.
Cum fueris felix, que sunt adversa caveto:
Non eodem cursu respondent ultima primis.
Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide pleneque laudare memento.
Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus,
Tu quoque fac simile, sic ars deluditur arte.
Cum tibi sint nati nec opes, tunc artibus illos
Instrue, ut possint inopem defendere vitam.
Quod vile est, carum, quod carum, vile putato:
Sic tibi nec cupidus nec avarus nosceris ulli.
Que culpa soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
Vincere cum possis, interdum cede sodali,
Obsquio quoniam dulces retinentur amici.
Ne dubites cum magna petes impendere parva,
Hiis etenim rebus coniungit gracia caros.
Litem inferre cave cum quo tibi gracia iuncta est:
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
Quem superare potes interdum vince ferendo:
(f. 76v) Maxima etenim morum semper est paciencia virtus.
Mitte archana dei celumque inquirere quid sit;
Cum sis mortalis, que sunt mortalia cura.
Iratus de re incerta contendere noli:
Impedit ira animum, ne possit cernere verum.
Corporis exigui vires contempnere noli:
Consilio pollet cui vim natura negavit.
Adversus notum noli contendere verbis:
Lis minimis verbis interdum maxima crescit.
Nec te collaudes nec te culpaveris ipse:

816 crede

824 celum inquire

796–797 = I,10
798–799 = I,11
800–801 = I,12
802–803 = I,14
804–805 = I,18
806–807 = I,20
808–809 = I,26
810–811 = I,28
812–813 = I,29
814–815 = I,30

816–817 = I,34
818–819 = I,35
820–821 = I,36
822–823 = I,38
824–825 = II,2
826–827 = II,4
828–829 = II,9
830–831 = II,11
832–833 = II,16

Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis.
Litis preterite noli maledicta referre:
Post inimicicias iram meminisse malorum est.
Insipiens esto, dum tempus postulat aut res:
Stulticiam simulare loco prudencia summa est.
Sompnia ne cures; nam mens humana quod optat
Dum vigilat, sperat, per sompnum cernit id ipsum.
Cum recte vivas ne cures verba malorum:
Arbitrii nostri non est quod quisque loquatur.
Productus testis, salvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes celato crimen amici.
Sermones blandos blesosque vitare memento,
Simplicitas veri fama est, fraus ficta loquendi.
Interpone tuis interdum gaudia curis,
Ut possis animo quemvis suffere laborem.
Alterius dictum vel factum ne carpseris unquam,
Exemplo simili ne te derideat alter.
Utile consilium dominus ne despice servi;
Nullius sensum, si prodest, tempseris unquam.
Tranquillis rebus que sunt adversa caveto,
Rursus in adversis melius sperare memento.
Ne pudeat que nescieris te velle doceri:
Scire aliquid laus est, pudor nil discere velle.
(f. 77r) Dimissos animo tacitosque vitare memento:
Quod flumen est placidum, forsan latet alcior unda.
Cum fueris servos proprios mercatus in usus,
Hos servos dicas, homines tamen esse memento.

Novus Catho

Non teneas vane de sompno surgere mane:
Longa quies sompni vicio fomes extat in omni.
Si moneas carum, quamvis tibi fiat amarum,
Non tamen absistes, quin verba monenda ministres.
Profice sic aliis, ut sis tibi carus et ipsis,
Sicque bonis carus esto, ne dampna sequaris.

851 contempseris

858 marcatus

834–835 = II,15
836–837 = II,18
838–839 = II,31
840–841 = III, 2
842–843 = III,3
844–845 = III,4
846–847 = III,6
848–849 = III,7
850–851 = III,10
852–853 = IV,26
854–855 = IV,29

856–857 = IV,31
858–859 = IV,44

»Novus Catho« hg. von F. Zarncke, Beiträge zur mittellateinischen Spruchpoesie I. Zwei gereimte Übertragungen der s. g. Disticha Catonis (LeipzSb 15, 1863), 23–78
860–861 = 5–6
862–863 = 17–18
864–865 = 21–22

Si quis te laudat, non hec te gloria fallat;
Plus laudatori quam tu tibi credere noli.
Si culpare velis, culpabilis esse videbis;
Namque michi sordet, sua quem doctrina remordet.
Cedas sepe pari, quamvis possit superari;
Hec ideo dico, quia sic eris aptus amico.
Debes parva dare, cupias si magna rogare;
Audio sic dici: dando perstamus amici.
Prudens celabis quod amicis turpe putabis,
Ne culpent plures quod solus pandere cures.
Ne reputes viles in parvo corpore vires:
Ingenio plenus qui viribus extat egenus.
Quisque sit oblitus litis iam factus amicus,
Nam memor irarum malus est homo preteritarum.
Nemo sibi culpam vel laudem conferat umquam;
Convenit hoc vanis, quos gloria vexat inanis.
Ex aliis discas quid agas bene quidve remittas:
Nunc ad vivendum sic est exemplar habendum.
Si michi tu credis, numquam malefacta silebis;
Nam quod quis celat, se consensisse revelat.
Artem secteris, quamvis opulentus haberis:
Ars manet, ars durat, fortuna recedere curat.
Nemo sit oblitus, sit quamvis arte peritus,
(f. 77r) Quin plus addiscat, ne discere queso fatiscat.

Antiquus Facetus

Cum nichil absque Deo sit proficui vel honoris,
Primum regna Dei tu queras omnibus horis
Et sic omne bonum tibi plenius adicietur.
Sis humilis mediante modo, nimium fugiatur:
Qui nimis est humilis, hic pro stulto reputatur.
Sis celer ad quemvis sermonem percipiendum,
Sis piger ad quevis tibi verba relata loquendum.
Omni spiritui non credas, nam latet angwis
In verbo quo decipitur simplex cito sangwis.

866 fallit
889 faciscat

866–867=27–28
868–869=59–60
870–873=67–70
874–875=103–104
876–877=107–108
878–881=119–122
882–883=181–182
884–885=185–186
886–887=245–246

897 agwis
898 sagwis

888–889=303–304

»Antiquus Facetus« hg. von C. Schroeder, Der deutsche Facetus, Berlin 1911 (Palaestra 86)
890–891=5
892=6,1
893–894=14
895–896=18
897–898=23

Non ride solus, quia risio solius oris
Nequam vel stultus reputatur omnibus horis.
Quid sis, quid fueris, quid eris semper mediteris,
Sic minus atque minus peccatis subicieris.
Si te contingat aliquid promittere sanctis,
Solve libens, ne te feriat vindicta tonantis.
Usuratorum, predonum, presbiterorum,
Castigatorum, monachorum, canonicorum
Natam vel viduam ne ducas, hiis quia dantur
Res male quesite, que iustis annichilantur.
Si secretarum seriem vis noscere rerum,
Ebrius, insipius, pueri dicunt tibi verum.
Quere, recordare, retine, lege sepe relecta:
Sic omnes claves tibi dat sapiencia recta.
Si tibi sit servus, hunc sub pede semper habeto,
Ne nimis elatus moveat tibi dampna quieto.
In propriis rebus laus est si largus haberis;
Dedecus alterius res large dando mereris.
A fumo, stillante domo, nequam muliere
Te remove; tria namque solent hec sepe nocere. Vel sic:
Hec remove tria, namque solent hic sepe nocere.
Quidquid agas, non obicias tua munera cuiquam.
Si peregre pergas, numquam te iunge duobus;
(f. 78r) Disparibus bobus numquam trahitur bene currus.
Assumat gladium quicumque lupo sociatur,
Sumat consilium cui perfidus associatur.
Hospitibus letum debes ostendere vultum;
Vultus enim letus laudis duplicat tibi cultum.
Irritare canem noli dormire volentem
Nec moveas iram per tempora longa latentem.
Impropria speras fora dum petis + ire + crumena,
Fallitur ad fora, cui bursa spes est aliena.
Nil super hoste tuo tua lingua minando loquatur,
Hostem namque suum munit quicumque minatur.
Est tibi summus honor cito solvere; solve libenter!
Sic crederis emens vendens vivesque decenter.
In messem alterius nolito mittere falcem

928 pro
929 petis] petēs

899–900=26
901–904=60–61
905–908=63
909–910=66
911–912=98
913–914=103
915–916=32
917–918=35

930 *l.* spes est bursa?
935 falsem

919=*Variante zu* 917 (*nicht bei* Schroeder)
920=36,1
921–922=45
923–924 – *fehlt bei* Schroeder; *steht z. B. im* »Facetus«clm. 4146, f. 8v
925–928=79–80
929–934=82–84
935–936=86

Inque thorum caveas alienum mittere calcem.
Si tibi quis loquitur, in vultum cerne loquentis
Et sua verba tue secrete insere menti.
Si par vel melior fuerit tibi forte loqutus,
Donec finierit sua verba, sile quasi mutus.
Hec fugias: fastum, talum, lupamque, tabernam,
Si decus vel vitam tibi queris habere supernam.
Rem de qua loqueris digito monstrare caveto
Nec ⟨dum⟩ sermo super ovibus sit ovile videto.
Pro modico tibi non est offendendus amicus:
Nullus amiciciam contempnit, ni sit iniquus.
Cum sis in mensa, primum de paupere pensa:
Tunc bene prandetur, cum Christus presens habetur.
Inter sermones caveas, ne multa loquaris
Alterius, prudens sic aliis esse probaris.
Sepe nocet qui multa docet, quia vix retinentur;
Excoquitur quidquid capitur, dum pauca docentur.
Inque domo rufi numquam facias tibi pausam,
Namque malignandi gerit in se denique causam.
Hoc eciam caveas, ne quis fiat tuus hospes
(f. 78v) Qui curvum nasum gerit, ut vivas bene sospes.
Ille placet quicumque tacet maiore loquente;
Stultus erit qui protulerit sua verba repente.
Intus si domina dominusve tuus moveatur,
Dum cadit ira, nichil ad eos tua lingua loquatur.
Coniugium, monachale iugum, crux: inspiciantur
Hec in mente prius a te quam suscipiantur.
Si vis mundare nasum vel forte screare,
Flecma procul iacias, ne cuiquam nausea fiat.
Sunt tria que vere Salomoni displicuere:
Dis mendax fatuusque senex pauperque superbus.
In mundo tria sunt que sunt gratissima vite:
Uxor casta, bonus socius, sincerus amicus.
In mundo duo sunt que nil abscondita prosunt:
Fossus humi census, clausus sub pectore sensus.

937 *l.* loquenti? – nota *in marg.*
943–44 nota *in marg.*
953 pausam] pensam

953–55 nota *in marg.*
962 suspiciantur
964 Elecma – iaceas

937–938=88
939–940=92
941–942=95
943–944=51
945–946=125
947–948=135
949–950=142
951–952 – *nicht bei* Schroeder; *im* »Facetus« clm. 4146, f. 9v

953–954=73
955–956=158
957–958=154
959–960=114
961–962=134
963–964=138
965–966 – *sehr beliebt, nicht im* »Facetus«. *Vgl.* T 2032 f.
967–970=160–161

Cyphos tu mense vacuos dimittere noli,
Ne potum poscat qui te viciare laborat.

Novus Facetus

Ocia nullus amet, nisi sint coniuncta labori,
  Nam nimia requie mortificatur homo.
Iudex vel medicus, doctor vel scriba, poeta
  In teneris annis discat amare libros.
  Qui non est cunctis, pluribus aptus erit.
Tempore felici multi numerantur amici,
  Nubila si fuerint tempora, solus eris.

Antiquus contemptus mundi scilicet Cartula nostra etc. Beatus Bernardus est auctor istius libri

Nunc locus est flendi, locus est peccata luendi:
Postea gaudebunt qui nunc sua crimina flebunt.
Dampna fleo rerum, sed plus fleo dampna dierum:
Quisque potest rebus succurrere, nemo diebus.
Amplius in rebus noli sperare caducis,
Sed tua mens cupiat eterne gaudia lucis.
Nemo potest fari nec cernere nec meditari
(f. 79r) Gaudia iustorum necnon tormenta malorum;
Isti gaudebunt, illi sine fine dolebunt.
Qui bona negligit et mala diligit intrat abyssum,
Nulla potencia, nulla pecunia liberat ipsum.
Si vis salvari, semper studeas ymitari
Vitam iustorum fugiens exempla malorum.
Spiritus inde perit, corpus dum dulcia querit,
Et dum vexatur caro, spiritus alleviatur.

975 scripta

971–972= ?

»Novus Facetus« hg. von A. Morel-Fatio, Mélanges de littérature catalane. III. Le livre de courtoisie in: Romania 15 (1886) 224–235
973–974=23–24
975–976=67–68
977=94
978=393 – qui fuerit felix, multis veneratur amicis
979=394 – si miser effectus, solus ad yma ruit

982 sed] si

»Antiquus contemptus mundi scil. Cartula nostra« hg. von E. Schröder, Ein niederrheinischer »Contemptus mundi« und seine Quelle: GGN 1910, 335–374
980–981=28–29
982–983 – *nicht in der* »Cartula«, *auch nicht in der von* Schröder 340 f. *erwähnten* »*aufgeschwellten*« *Version z. B. clm.* 14062. *Sehr beliebt, vgl.* T 2054–2055
984–985=58–59
986–987=124–125
988=123
989–990=206–207
991–992=270–271
993–994=341–342

Novus contemptus mundi

Hora novissima, tempora pessima sunt: vigilemus!
Ecce minaciter imminet arbiter iste supremus.

Item novus contemptus mundi

Heu, heu, mortales homines facti pecuales,
Nil de venturis meditantes atque futuris!
Alcius ascendit quanto quis et ardua tangit,
Tanto suum lapsum graviorem denique plangit.
Si quis dampnosam cupiat vitare ruinam,
Hic celsam fugiat vitam ducatque supinam.
Pauperiem ferre tua mens sit te rogo prona,
Nam Christus ferre miseris vult celica dona.

Ex libro morum

Cum bona per mores crescant et laus et honores,
Expedit ut quedam pueris pueriliter edam.
Ad iuga maiora venies fugiendo minora.
Humanum factum numquam solet esse peractum.
Nil didicisse grave, sed nil nescire suave.
Quod satis est, absit; sed quod nimis est, procul absit;
Nam sine mensura res omnis erit nocitura.
Esse puto laudem cum laude pellere fraudem.
Si tu cenabis tarde, stomachum viciabis;
Plus nam nocturna, sed obest minus esca diurna.
Servorum servi non sunt aliud nisi servi;
Sed cleri servi domini sunt unde protervi?
(f. 79^{v}) Et sunt ipsorum domini servi monachorum;
Servi servorum sic sunt domini dominorum.
Debet honorari cuicumque cupis famulari
Ac formidari debet, reverenter amari.
Vivere si queris sine morbis, ista sequeris:
Non vinosus eris, sit cena brevis, levis eris;
Post epulas surge nec ventrem tu nimis urge
Nec nimis urinam retine, querens medicinam
Mentem fige spei, sompnum fuge meridiei.

1002 supremam

1014 nam] tamen

»Novus contemptus mundi« hg. von Th. Wright, Bernardi Morlanensis Contemptus mundi in: The Anglo-latin satirical poets II, 3–102; H. C. Hoskier, London 1929
995–996 *die Anfangsverse*

»Item novus contemptus mundi« nach clm 14703, f. 52^{v}: »De contemptu mundi Bernhardus«
997–998 = 1-2 (f. 52^{v}) – facti sunt pec.
999–1000 = 88–89 (f. 54^{v})
1001–1002 = 92–93 (f. 54^{v})
1003–1004 = 349–350 (f. 61^{v}) – tua sit mens

»Ex libro morum« *unbestimmt*

Qui servis gratus fieri vis atque amatus,
Quis herus exosus est, illis esto perosus;
Sed quos diligere solet, illis disce placere.
Non manducando, discendo vel operando
Est assurgendum, sed in hiis rebus est residendum.
Munus quando datur, gratanter suscipiatur;
A quocumque datur, ab eo bene provideatur;
Et quodcumque datur, hoc duplum restituatur:
Iste modus dandi modus est perfectus amandi,

Ex libro qui dicitur Scolastica vita

Intima si forsan temptacio vana subintret,
  Ocia sperne, legas aut operare bonum,
Aut moneare citus quo sic certamina vincas;
  Obstes principio, postmodo victor eris.
Eloquio sapiens discreto dirige lingwam;
  Lingua licet mollis frangere dura potest.
Non des sermones, ubi non prodesse videbis,
  Nam coram porcis nil preciosa valent.
Non indiscrete sociorum crimina pandas:
  Multociens odium verba iocosa movent.
Multiplicat caros vox dulcis, mitigat hostes,
  Lingue dulcedo dura venena fugat.
Numquam thezauro tristis saciatur avarus,
  Potibus ydropicus, ariditate focus.
(f. 80^{r}) Lapsis, turbatis, pravis, dubitantibus, egris,
  Trade manum, mel, fel, consule, perfer opem.
Iratis, rudibus, provectos moribus, aptos,
  Cede locum, prosis, consule, sepe proba.
Christi corpus ave, de sancta virgine natum,
  Viva caro, deitas integra, verus homo!
Salve, vera salus, via, vita, redempcio mundi!
  Liberet a cunctis nos tua dextra malis.
Christi sangwis ave, celi sanctissime potus,
  Unda salutaris crimina nostra lavans!
Sanguis, ave, lateris Christi de vulnere sparse

1026 fieri si vis et am.
1043 indiscreta
1048 ydrorpicus

1054 viva] unici
1057 sanctissima

»Ex libro qui dicitur Scolastica vita« hg. von E. Franceschini, Bonvicini de Ripa »Vita scolastica«, Padua 1943
1035–1038 = 35–38
1039–1040 = 49–50
1041–1042 = 61–62
1043–1044 = 77–78
1045–1046 = 81–82
1047–1048 = 209–210
1049–1052 = 279–282
1053–1056 = 401–404
1057–1060 = 407–410

In cruce pendentis, unda salubris, ave!
Detur hyemps, estas, autumpnus, verque labori:
Perdita restitui tempora nulla valent.
Sepe docens alios melius possessa tenebis;
Artem distribuas, plus erit aucta tibi.
Inter vicinos resonent bona cantica de te;
Hii prodesse valent hiique nocere tibi.
Ad fora stultus yens stultus remeabit et inde;
Post non penituit qui fuit ante cavens.
Omne quod est nimium tedia ferre solet.

Ex libello de corpore Christi

Omnibus in factis peragendis sive peractis
Debet preponi Deus humane racioni.

Alexander Magnus

Non eget exterius qui moribus intus habundat;
Nobilitas sola est animum que moribus ornat.
Si lis inciderit te iudice, dirige libram
Iudicii, nec flectat amor nec munera palpent
Nec moveat stabilem persone accepcio mentem:
Muneris arguitur accepti censor iniquus.
Vindictam differ, donec pertranseat ira,
Nec meminisse velis odii post verbera [si sint].
(f. 80v) Verus amor, miserum qui non fastidit amicum.
Tam firmum nichil est, cui non metus esse ruine
Possit ab invalido. Quis non, dum navigat orbem,
Debeat occursum mortisque timere procellam?
Quid tibi diviciis opus est, que semper avaris
Esuriem pariunt? quanto tibi plura parasti,
Tanto plura petis, et habendis acrius ardes.

1060 unde
1066 Hiis – hiique] hii qui
1068 cavens] omnes
1079 si sint] *vgl. I, 73*

1061–1062=725–726
1063–1064=759–760
1065–1066=855–856
1067–1068=923–924
1069=932

»Ex libello de corpore Christi« = das Eucharistiegedicht des Petrus Pictor: Migne PL 207, 1135–1154
1070–1071 *die beiden ersten Verse*

1083 Deberent
1084 que] qui
1085 pariunt] paruit

»Alexander Magnus« hg. von F.A.W. Mueldener, M. Philippi Gualtheri ab Insulis dicti de Castellione »Alexandreis« Leipzig 1863
1072–1077=I,103–108
1078=I,181
1079=I,182 – si sint T, si sic (183 vixeris, eternum extendes in secula nomen), *vgl.* I,66
1080=VI,240
1081–1083=VIII,401–403
1084–1086=VIII,428–430

O felix mortale genus, si semper haberet
Eternum pre mente bonum finemque timeret,
Qui tam nobilibus media quam plebe creatis
Improvisus adest anime discrimine magno.

Bernardus palpanista

Carius est carum, si pregustatur amarum.
Verbis est stultum domini confundere vultum.
Niti mactare dominos est litus arare.
Anxietas et honor sunt se comitancia iure;
Si delectat honos, fer onus, fer acumina cure!
Grande licet sit onus, leve fit, si sponte subitur.
Qui scit adulari, solet alta sede locari,
Sed cito dampnari, ceperit cum notificari.

Ex libro qui dicitur Filius

Ludum quando vides melius, dilecte, valere,
Illum formides subito, tibi consulo vere.
Cum dico multa stulto, sibi sunt quasi stulta;
Sed tenet in mente sapiens bona queque repente.
Fraus fraudem pregnat, dolus et detractio regnat,
Ius detruncatur, falsum super alta locatur.
Fallerenon quere, si laudem queris habere;
Qui fallit mille, de solo fallitur ille.
Ille tibi non est pro certo fidus amicus,
Qui loquitur mala post tua terga, sed est inimicus.
Sepe solent plures producere verba benigna;
(f. 81r) Talia non cures, quia sunt quandoque maligna.
Plures exterius apparent esse benigni,
Qui sunt interius fallaces atque maligni.
Fallit sepe magis, qui creditur esse benignus,
Quam faciat talis, qui noscitur esse malignus.

1089 tam] cum
Nach 1090: Bernardus papanista

1087–1090=X,433–436

»Bernardus Palpanista« hg. von Ch. Daumins Bernardi Geystensis »Palponista« Cygneae 1660
1091=I,19
1092=I,393
1093=I,401
1094–1095=II,23–24
1096=II,48
1097–1098 – *fehlt im Druck von* Daum *und im* clm 237

1113–14 nota bene *in marg.*

»Ex libro qui dicitur Filius« nach Darmstadt 2327
1099–1100=65–66
1101–1102=71–72
1103=115
1104=116 – alta locatur T, astra levatur
1105=121
1106=123
1107–1112=127–132
1113–1115=135–137

Non socium tutum dicas, qui vult dare nutum.
Collum curvatur villani, quando rogatur;
Sed tunc letatur, cum verberibus saciatur.
Sepe novum vicium confert scelus inveteratum.
Si socios habeas vel amicos: ut sapienter
Vivas, pro modico non illos perde libenter.
A 'sapio' sapiens bene dicitur, ut sapienter
Intra se sapiat, quid agat de fine frequenter.

Pylatus

Letum principium finis quandoque molestus
Perturbat, ceu tranquillum mare conmovet estus.

Ovidius de lupo

Non faciunt monachum tunice vestesque cucalla,
Sed bona mens, sincera fides, cordisque medulla.

Ex doctrina rudium

Prudentis mos est varias inquirere causas,
  Ut valeat mentem certificare suam.
Stulta loqui fatuus consuevit, recta peritus;
  Convenienter eos non tenet una domus.
Opto placere bonis, pravis odiosus haberi;
  Namque solent odio semper habere bonos.
Omnibus in rebus modus est discrecio summa;
  Est modus in rebus, res facit esse bonos.

1120 illas

1116–1117=185–186
1118=202
1119=252
1120=253 – illas perde T, illos sperne
1121–1122=297–218

»Pylatus« hg. von E. du Méril, Poésies populaires latines du moyen âge, Paris 1847, 343–357
1123–1124=*S.* 345

»Ovidius de lupo« hg. von E. Voigt, Kleinere lateinische Denkmäler der Thiersage aus dem 12.–14. Jh., Straßburg 1878
1125–1126=S. 71 Schlußverse der Fassung z nach Brügge, Stadtbibl.Ms. 561

»Ex doctrina rudium« = »Liber quinque clavium s. doctrina rudium« nach den Hss. clm 4413 (A), 4409 (B), 4146 (C)
1127=140
1128=141 – mentem ... suam T A C; animum ... suum B
1129=213 – loqui T, sequi A B C Jerem. de Mont. II 3,7 *und* III 2,1
1130=214 – convenienter T B D, conveniter A non T A C, nec B
1131=273 – bonis *om.* B
1132=274
1133=291 – modus T A B; res C A (*Var.*) Jerem. de Mont. III 2,3 *u.* IV. 1,1
1134=292 – est T, et A C Jerem. de Mont. *l. c.* – bonos T A, bonas C Jerem. de Mont. – res facit esse bonos T, noscitur esse bonus A – B *hat an Stelle dieses Verses:* que semper viciis non cupit esse sua (?)

Multa sub exemplis prodest recitare magistrum,
  Multociens animos talia verba movent.

Occultus

Qui missam dicis post amplexum meretricis,
Ibis ad antra Stigis, quoniam dominum crucifigis.
(f. 81ᵛ) Ut sis inmunis, sileat tua mansio cunis.
Dicitur exinde: melior lis quam caput inde.
Pugna preelecta melior quam colla resecta.

Jocalis

Curvum se prebet, quod ad uncum crescere debet.
  Quod nova testa capit, inveterata sapit.
Si prescirentur que fata quibusve minentur,
Multa caverentur que metuenda videntur.
Si quis in inferni fovea cruciatur opaca,
Mallet in inmunda sine fine iacere cloaca.
Esto tonans verbis, maneas in verbere parcus;
Non semper feriet quodcumque minabitur arcus.
Cum moneas aliquem, noli cessare monendo:
Arbor non statim, sed sepe cadit feriendo;
Gutta cavat lapidem non vi, sed sepe cadendo.
Expuis in barbam, si membra domestica ledis;
Est avibus proprium nidos corrumpere fedis.
Cantat avis quevis sicud rostrum sibi crevit;
Turpia verba refert cui talis mos inolevit.
Parvos parva decent: pueri cito palma repletur
Et pauper modico de munere letus habetur.
Qui prodesse studet aliis se dampnificando,
Extinguendo suos alienos excitat ignes.
Dirige consilium pro tempore, dirige vestes
Opponens unde ventus et aura venit.

1146 opaca] optata

1135=329 – exemplis T A C; exemplo B – magistrum T B C, magistro 〉 -um *corr.* A
1136=330 – movent T, monent A

»Occultus« hg. von Th. Fischer, Nicolai de Bibera Occulti Erfordensis *»Carmen satiricum«* in: Geschichtsquellen der Provinz Sachsen I, Halle 1870
1137–1139=1287–1289
1140–1141=2092–2093

»Jocalis« hg. von P. Lehmann, Mitteilungen aus Handschriften V (BayerSb 1938, 4) 59–92
1142–1143=7–8
1144=22
1145=23 – que metuenda T, que non metuenda
1146–1147=24–25
1148–1149=34–35
1150–1152=61–63
1153–1156=70–73
1157–1160=76–77
1157–1158=76–77
1159–1160=86–87
1161=122 – vestes T V, vestem
1162–1164=123–125

Dicitur incautus qui vult preponere solus.
Qualis erat mulier, tale coquebat olus.
Expedit ut verbum non incaute referamus:
Sepius assistunt prope, quos procul esse putamus.
Aures silve, oculos campi dicuntur habere;
Unde loqui caute decet aut omnino tacere.
Campus habet visum, nemus aurem, fabula risum.
Qui quod vult dicit, quod non vult sepius audit,
(f. 82r) Et mala verba malum provocant alloquium.
Consilio pollet cui vim natura negavit;
Sic cornix undam lapides iaciendo levavit.
Expedit antiquos calles teneas et amicos;
Res incauta satis est affectus novitatis.
Emptus equus modico modicam facit esse dietam;
Sepe facit mentem preciosior empcio letam.
Si quis habet hostes tres, uni concilietur,
Alteri det treugas, sic tercius exsuperetur.
Dum sum perplexus ad duo malaque nexus,
Ut vitem peius, positivum labor in eius.
Olla luit, si petra ruit vel si ruit olla.
Cede canis metuit leo, vicini domus ardens
Te moneat; efficiunt aliena pericula cautum.
Quod modo nescitur, posthac fortasse scietur;
Sub nive quod tegitur, cum nix perit, omne videtur.
Non est venator omnis qui cornua sufflat:
Pastores eciam cornua flare solent.
Si quem barbatum faceret sua barba beatum,
In toto circo non esset sanctior hirco.
Omni spiritui seu lingue credere noli.
Nemo sibi multos promittat adhuc puer annos:
Quot fora terga boum, tot habent pelles vitulorum.
Quadrupes in plano quandoque cadit pede sano;
Non mirare, bipes, si labitur ergo tibi pes.
'Si bonus est unus, bonus est et quisque luporum'
Emptori cuidam sic venditor inquit eorum.

1179 dat
1184 monent
1187 nota *in marg.*
1195 *l.* egro?
1197 quidam

1165=128 – proferamus V, referatur We
1166=129 – assistunt T, existunt
1167–1168=130–131
1169=131a – *nur in* T
1170–1171=139–140
1172–1173=143–144
1174–1177=149–152
1178–1179=157–158
1180=167
1181=168 – positivum-eius T, littera sacra docet V
1182–1184=172–174
1185–1186=187–188
1187–1189=197–199
1190=200 – in toto T, in mundi V Lehmann, non toto mundi B
1191=204
1192–1196=214–218
1197=219 – cuidam (quidam Hs) T B V, credam Lehmann We

Marcius adveniet viridis, si clericus audax,
Virgo procax: malus hiis finis adesse solet.
Albus si fuerit audax rufusque fidelis
Ac humilis parvus, sit Christo gloria celis.
Raro breves humiles vidi rufosque fideles,
(f. 82v) Albos audaces, longos semper insipientes.
Commutando locum non mutant poma saporem
Nec valet innatum dediscere femina morem.
Assiduam pestem mors certa solet comitari,
Cotidie miseris raro poterit revelari.
Nocte rubens celum cras indicat esse serenum;
Quando rubet mane, tunc tempus adest pluviale.
Non cocus ex cultro longo nec virgo notatur
Dependente coma nec credulitate probatur.
Apparente nova luna dinoscitur aura:
Pallida luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.
Ardea sublime volitans, spargens caput unda
Cornix, sub nubem sol sero means notat ymbrem.
Si vultum pensas, est crudelitas resupina;
Pelle sub agnina latet mens sepe lupina.
Cornix mater ait pullo: 'si forte lapillum
Quisquam tollit homo, fugias velocius illum!'
Non opus est taxare forum, taxantur ibidem
Omnia; qui sapiens venit hinc, stultus redit istinc.
Non nimis attolle pueri ieiunia, sepe
Angelus ex puero fit sathan in senio.
Ex verbis fatuos, asinos cognosce per aures:
Intus que latitant, exteriora probant.
Qui se non noscant vicini, iurgia poscant;
Tunc sibi dicetur qualis quantusque tenetur.
Non inflammeris, si frustra forte graveris;
Nam plus victor eris, si cum racione loqueris.
Velox audire, verbo sis tardus et ire.

1211 *Daneben* vel sic: nec clericus ampla corona
1217 latēt
1221 hic – istic
1224 per aures] parantes
1228 forte *om.*

1198–1201=220–223
1202=223a – *nur in* T
1203=224a – *nur in* T
1204–1207=236–239
1208–1209=246–247
1210=195 – notatur T V, probatur B We Lehmann
1211=196
1212=248
1213=249 – luna T, sepe B
1214=250 – spargens T V, mergens B Lehmann
1215–1216=251–252
1217=253 – latet T, latitat
1218–1219=254–255
1220–1221=262–263
1222=264 – at(t)olle T V, extolle
1223=265
1224–1225=270–271
1226=272 – *om.* B
1227=273 – *om.* B
1228–1229=274–275
1230=278 – *om.* B

Non incandescas, sed respondendo tepescas.
Vincere quando nequit sapiens pro tempore cedit,
Nam male pugnavit qui flens a lite recedit.
Sepe cadit quercus que ventis acta resistit,
(f. 83r) Que vento cessit virgula flexa manet.
Pulmentum fusum numquam plenum revocatur,
Quodque redire nequit pro tempore dissimulatur.
Solamen miseros fovet exilium pacientes,
Maxima virtutum semper paciencia virtus.
Ille natat leviter cui mentum sustinet alter;
Multorum manibus alleviatur onus.
Quisquis onus portat oneris sentit gravitatem,
Et quem non urget pondus reputat levitatem.
Qui spernat munus non est in milibus unus;
Extinguit munus discreti iudicis iram.
Plus scelus augetur, quo peccans maior habetur,
Et crescente mora fiunt mala deteriora.
Exiguum munus nemo contempnit amicus;
Dat pira, dat poma, qui non habet altera dona.
Sunt absurda tria: diplosa pedissequa, princeps
Histrio vel scurra, sic religio simulata.
Mota magis redolent unguentaque grana synapis,
Tuque docens alios amplius inde sapis.
Mota magis sentina nocet; sic lis iterata
Que iam desierat maiorem provocat iram.
Contempnens missum mittentem spernit in ipso
Et mittentis honor extat reverencia missi.
Exilio longo vel longi tempore belli
Angustaque domo sepe probatur homo.
Quid valet optare, quid inania fundere verba?
Non in velle canum, quod equi moriantur in arvo.
Dum procumbit equus, partem querit canis omnis;
Quilibet hunc ledit, a quo fortuna recedit.

1234 quarcus – acto
1238 Solamur
1240 notat
1244 milibus] nubibus
1251 scurro sit.
1252 Mola – redolet ungentoque grano synopis
1254 Nota – sit.

1231=279
1232–1235=289–292
1236–1237=302–303
1238–1239=310–311
1240–1243=313–316
1244=319
1245=320 – *om.* B
1246–1247=329–330
1248=335 – contempnat B V We Lehmann – amici B V We Lehmann
1249=336
1250–1251=341–342
1252–1253=345–346
1254–1255=343–344
1256–1259=349–352
1260=355
1261=356 – quod T, quot B We Lehmann, ut V – arvo T, auro V, anno B We Lehmann
1262–1263=359–360

Prodigus esse cave vel avarus, sis rogo largus,
Sis et in ede tua centeni luminis Argus.
Qui vult optatum, debet dimittere gratum;
(f. 83v) Non linquens carum pro caro gustabit amarum.
Omni poscenti saltim compassio detur,
Quilibet hac alii nature lege tenetur.
Addat corrigiam quisquis dat calciamenta,
Tarda manus donis perdat ne suscipienda.
Ulna porrecta minus est bene palma retenta.
Laxa manus pateat danti, sed clausa petenti:
Ut danti detur divina lege docetur.
Portatur leviter quod portat quisque libenter.
Gratis quando datur equus, os non inspiciatur;
Non contempnatur, si morbidus esse putatur.
Hospitis in mensa vultum, non fercula pensa,
Non mense cultum, sed dantis respice vultum.
Quamvis in tenui mensa tenuique dieta,
Mens hominis solet esse magis proprio lare leta.
Lar proprius licet exiguus calet et valet aurum
Et proprius panis magis extat cuique suavis.
Dum bibitur vinum, cum luditur ante caminum,
Tunc veniunt risus, stultis est hic paradysus.
Quando perurgetur quis, caute munera tradit;
Unctus si fuerit currus, sine murmure vadit.
Qui cito dat, bis dat, nescit dare, qui dare tardat.
Qui cito dat, gratum bis facit esse datum.
Equaris miseris, nisi quid des premediteris;
Tandem calvus eris, crinenti si spolieris.
Vina bibat mane cerebrumque reformet inane,
Quem perfudit heri copia multa meri.
Principiis obsta, sero medicina paratur.

1267 linques.
1269 hoc
1271 ne] ire
1285 stultus – paraidysus
1291 crinēti
1292 Vinum – crebrumque
1293 perfundit

1264–1265=363–364
1266=380
1267=381 – non T, et – gustabit T We, gustet B Lehmann, linquet V
1268–1269=382–383
1270=389 – quisquis T, quisque V, si quis B We Lehmann
1271=390 *om.* V – calciamentum We
1272=391 – retenta T V, retecta B Lehmann
1273=392 – larga B
1274=393
1275=394 – *om.* B
1276=399
1277=400 – non T V We, nec B Lehmann
1278=403 – vultum] faciem We
1279=404 – respice T, collige B
1280–1282=409–411
1283=412 – cuique T, melle We
1284–1285=413–414
1286=428 – perurgetur T V, perungetur B Lehmann
1287–1288=429–430
1289=431 – *om.* V
1290=434 – quid T, cur B
1291=435 – crinete T (?), cervicem B Lehmann, cernicim V
1292–1293=442–443
1294=468

Cum corpus longa confectum peste gravatur.
Si non frangantur pira pomaque vilificantur,
Virgoque matura, nisi nubat, erit ruitura.
Tempus adhuc veniat quod vacca caudam requirat,
Que tunc in bruma sine cauda forsitan iret.
Sepe laborato, non dicas: 'dat deus aurum':
Dat deus omne bonum, sed non per cornua thaurum.
(f. 84r) Catto stertenti non venit glirio denti;
Ergo laboranti debetur laus et habenti.
Ardea culpat aquas cum nescit ipsa natare;
Sic malefacta sua novit piger examinare.
In multis asinis non est equitatus honoris;
Sic stulti famuli domini sunt causa pudoris.
Non venit ad silvas, qui cuncta rubeta veretur,
Et qui parva timet, in magnis nullus habetur.
Audaces fortuna iuvat non omnibus horis,
Dum boni semper comes est discrecio moris.
Scit bene murilegus cuius granobata lingit;
Sic et amicicias palpo cum divite fingit.
Signat adulantem, qui falso laudat honore,
Caseus elapsus corvi cantantis ab ore.
Quid prodest asino lira? quid studii labor
  Stulto? non capiunt humida vasa picem.
Saccus percussus numquam saciatur et ignis;
Sic non proficiet bonitas impensa malignis.
Numquam saccus erit mollis de pelle canina;
Sic de ribaldo sene mens non surgit ovina.
Jurgia servorum pariunt cedes dominorum,
Tactu scintille fit sepe perustio ville.

1296 -que *om.*
1297 matura] natura
1305 Si – malefacta] mlestā
1307 *l.* dominis?
1309 nullo
1318 nota *in marg.*

1295=469 – confectum T, neglectum B
1296=476
1297=477 – ruitura T We, peritura B V Lehmann
1298=478 – veniet – requiret
1299=479 – que bene per brumam B
1300=482 – laborato T B, laboranti V Lehmann
1301=483
1302=488 – catto T, coco V, vulpi B We Lehmann – venit T, currit BVWeLehmann
1303=489
1304=494
1305=495 – examinare T, extenuare (V?) Lehmann, attenuare B We
1306=496
1307=497 – domino V We Lehmann
1308–1309=504–505
1310=506
1311=507 – dum T, unde
1312=512 – granobata T, granolata V, genorboda B Lehmann
1313–1314=513–514
1315=515 – *dieser und der vorhergehende Vers vertauscht* B
1316=530 – *nach* labor *setzen* addit *hinzu* B We Lehmann
1317=531
1318–1319=534–535
1320=538 – numquam T, nullus We
1321=531
1322=534
1323–1324=555–556

Sepe quod unus agit opus illud destruit alter;
Sic malus invertit hoc, quod bonus ad bona vertit.
Archa tenet carnes; mus devorat insipienter;
Ingreditur cattus, quia non minus ille libenter
Degustat carnes. sic stulti, quando minora
Dampna cavere putant, incurrunt deteriora.
Mus nequid angustum telluris inire foramen;
Quoque magis possit, annectit inepcia trabem.
Ad temptanda vada primo stulti statuuntur.
Tres sunt stulticie: dare sic quod pauper haberis,
Tantum mentiri quod falsus ubique videris,
Tantum terrere frustra quod ubique timeris;
(f. 84v) Ergo tuos actus semper caute modereris.
Interdum pueri vox est prenuncia veri
Et licet a stultis bene dicta solent retineri.
Desidia medici vis serpit vulneris alti
Rimosamque malus lignifaber construit edem.
Talem talis habet aqua spumam flammaque fumum;
  Qualis erat mulier, tale coquebat olus.
Dans causam dampni dampnum fecisse videtur;
Unde malum quod contigerit merito pacietur.
Dampna referre vales, quando te dispare misces;
In tali tales capiuntur flumine pisces.
Assumat gladium quicumque lupo sociatur,
Sumat consilium cui perfidus associatur.
Oscula raro capit qui celso compatre gaudet;
Caucius ergo sapit simili qui compatre plaudet.
Dampna reportabit cattulus, qui cum cane ludit;
Nam fragilem sepe robustus ad infima trudit.
Si quis amas sepes, propriando cave tibi vepres!

1324 quod est unus
1331 quodque poscit
1338 a] cum
1339 Desidea
1350 qui] que

1325=557 – invertit T, evertit B
1326–1327=558–559
1328=560 – quandoque V
1329=561 – putant T, volunt V
1330–1331=562–563
1332=580
1333–1334=582–583
1335=584 – *om.* V – frustra quod ubique T, quod frustra cuique B Lehmann
1336=585
1337=592
1339=596
1340=597 – vermosamque V – construit T, exstruit B, extrahit V
1341=598
1342=599 – *om.* B – qualis T We, talis V Lehmann
1343–1344=602–603
1345=604 – vales T, potes V – quando te T V, si te cum B Lehmann
1346–1347=605–606
1348=607 – *om.* B – cui T We Lehmann, qui V – perfidus T Lehmann, perfidus V, providus We – associatur T V, insidiatur We Lehmann
1349=610 – qui celso T, celo qui B, zelo qui V Lehmann
1350=611 *om.* B. – compatre T V, compare Lehmann – plaudet T V (*Var.*), gaudet V Lehmann
1351–1352=612–613
1353=624 – quisque amat B – veprem B

Mus, serpens, ignis reddunt mala sepe benignis.
Te quandoque feris, qui muscam tangere queris;
Ergo quisquis eris capiens forsan capieris.
Qui fodiunt foveam, propriam sensere ruinam.
Que sunt certa tene, que sunt incerta relinque!
Credit inesse capre vicium quod scit caper in se.
Peccati veteris et facti culpa prioris
Sepius esse solet augmentum posterioris.
Cum tibi prebetur porcellus, promptificetur
Saccus ut intretur, quia magnus ineptus habetur;
Nam quod differtur auferri sepe videtur.
Oblato vino vas promptum decet haberi;
Non bene subtrahitur candenti malleus eri.
Cum peregrinari contingit sive vagari,
Quisque scit egressum, sed non est scire regressum.
Multa stupenda vident, qui per loca multa vagantur,
(f. 85r) Illis ignota, qui semper in ede morantur.
Nemo diu stare poterit solo pede; quare
Fautores esse plures est cuique necesse.
Pauperis est muris gaudere foramine solo;
Rimis vel trinis miser est mus absque cavernis.
Quid confert oculus, a quo res nulla videtur?
Quid prodest socius, quo fructus nullus habetur?
Verus amicus erit, qui me plus quam mea querit;
Qui mea plus querit, falsus amicus erit.
Ille fidelis erit verusque probatur amicus,
Quem neque pauperies nec mors nec vincula terrent.
Nil valet assatum, de quo nil pingue resultat;
Ergo probandus erit homo, qui cum sorte simul stat.
Ut cum plebe frequens sit princeps, estimo vanum:
Quod rarum, carum; vilescit cotidianum.

1359 sit
1368 quisque] quisquis
1375 oculis
1376 a quo
1379 -que] qui

1354=625
1355–1356=693–614
1357=698
1358=727 – tene T, quere V
1359=734 – scit T V, habet B We Lehmann
1360=751
1361=752 – solent venientis causa pudoris B
1362=759 – cum tibi T, quando B
1363=760
1364=761 – nam quod T, res que We
1365=762 – decet T; debet *Druckfehler bei* Lehmann?
1366=763
